

DE  
FEBRIUM  
CURANDARUM  
RATIONE

Francisci Arcæi Fraxinalensis  
Medici & Chirurgi.

DE  
FEBRI TERTIANA  
pura five simplici.

CAP I.

**P**RINCIPIO accedenti Me-  
dico æger rogandus est, que-  
madmodum sese de ventris  
beneficio habeat; cui durius  
atque difficilius sibi esse respondenti,  
communi clystere succurrere oportebit:  
qui sic componitur.

*R.* Foliorum malvarum, foliorum violarum,  
brancæ ursine ana manip, j.

fursuris pug. *℞.*

fiat decoctio: de qua sumantur uncie xij.

in quibus dissolvatur casie fistule  $\mathfrak{z}$  j.

addanturque olei violarum  $\mathfrak{z}$  ij.

salis communis  $\mathfrak{z}$  j. *℞.*

fiat

fiat clyster : qui plerunque post paroxif-  
mum, non ante adhibendus est.

¶ Deinde syrui exhibeantur acetosi, intybi  
vel violarum ana ℥ ij.

cum aquis cichorei, & intybi ana ℥ j. ℞.

Quarta verò die, quæ est intentio so-  
lutionis, post secundum paroxifmum,  
lenitiva potio propinanda est; si tamen  
neque nimiam materiam, neque intra  
vasa abditam esse cognoveris.

℞. Casie fistule munde ℥ j.

dissolvatur in aqua intybi quantum satis  
sit : vel;

℞. Florum violarum, borraginis, & buglof-  
fi, ana ℥ j. ℞.

bordei mundi pug. j.

liquiritie rase & conquassate manip. ℞.

fiat decoctio, in qua dissolvantur casie fi-  
stule ℥ ij.

& fiat potus : cui adde syrui violarum  
℥ j. ℞.

¶ Quod si biliosa materia nimia, aut  
intra vasa contenta fuerit, hanc potio-  
nem exhibere oportebit minorativam.

℞. Rhabarbari electi temperati in aqua in-  
tybi ℥ j.

pilorum spicæ, grana iiij.

casie fistule munde ℥ j.

diaprunis solutivi ℥ j.

dissolvatur in aqua intybi, vel buglossi quan-  
tum satis fuerit, & fiat potio. Vel illam.

℞. Pru-

℞. Prunorum damascenorum numero xv.  
 tamarindorum ℥vj.  
 violarum ℥j.  
 bulliant suaviter, & fricentur, & colentur: in qua colatura dissolvatur diaprurnis solut: casie fistule per setaceum trajectæ ana ℥vj.  
 diacridii ℥ss.  
 fiat potio ad uncias iiij.

Sæpe autem evenit, ut evacuata materiæ parte, hujusmodi minorativis natura potentior supra residuum evadat, & materia ipsa, aut corrigatur, aut naturali virtute sine alio medicamine expurgetur. Si verò virtutem nondum valere intellexeris, ulterius pergendum tibi est, & syrupi concoctivi quotidie; enæmata verò tertio quoque die adhibenda sunt. Et si post tertiam accessionem rubens urina, & maximè crassa apparuerit, basilicam dextri lateris venam incidito, qua sanguis bili commixtus, atque putrefactioni proximus evacuetur. Si verò urina rubea, ignea, & non crassa, apparuerit sanguinem etiam mittere expediet, ad evacuandam bilem, & ebullitionem cohibendam: namque ferventi ollæ si partem vel modicam brodj subduxeris, ebullitio compefcitur. Sed hæc sanguinis missio posterior ad quartam usque unciam fiat; nam priorem ad sextam fieri



ri licebit : namque in posteriori refrigerare non evacuare intendimus. Hæc ad-  
cò sanguinis missio in juvene carnosò ,  
constantisque virtutis opportuna est ; in  
quo facillè hoc remedio bilis ebullitio  
cessabit.

Animadvertendum est , valde etiam  
prodesse spontaneum vomitum in hujus-  
modi accessionum principiis : neque co-  
hibendum esse , nisi nimius fortasse fue-  
rit , & qui assumptum cibum regerendo ,  
virtutem debilitaret. Quòd si tardior  
aliquanto natura ad vomitum videatur ,  
ita ut tentatum perficere non possit , vo-  
mitivo medicamento adjuvanda est in  
ipsis , ut diximus , paroxysmorum prin-  
cipijs.

℞. *Aque communis* ℥ iiij.

*aceti & sacchari ana* ℥ j. misc.

Vomiti-  
vam.

& tepidum propinato , efficiet enim &  
paroxysmum , & morbum ipsum lenio-  
rem & breviorum , ex Hippocratis sen-  
tentia.

Si verò nimius vomitus esset , natu-  
ræque imbecillitatem argueret , ventri-  
culus hoc syrupo facillè corroboratur.

Adver-  
sum vo-  
mitus.

℞. *Syrupum de agresta* ℥ vj.

quem per duas horas ante cibum co-  
chleari paulatim exhibe ; quo vomitum  
nondum sistente , pulverem hunc con-  
stituito.

K 4

℞.



℞. Corallij rubei ℥ iij.

zuchari ℥ ij.

cinnamomi ℥ ℥. misce :

ex quo pulvere sumatur ℥ j.

mixto cum predicti syrupi cochlearibus  
duobus.

Poteris etiam parare facculum ventri-  
culo applicandum hujusmodi.

℞. Rosarum rubearum ℥ iij.

coriandri præparati, menthe ana ℥ ij. ℥.

corallij rubei, balauſtiſtorum ana ℥ j.

conquassentur, & fiat facculus.

Poteris & ad eandem rem admove-  
re micam panis tostam, & aceto infusam,  
mortario pistam, & subactam  
cum myrtiſtorum,

& corallij ana ℥ j.

cinnamomi ℥ ℥.

ventriculo exterius imponito.

¶ Cum medicus curationem urgens,  
tamen febrim non cessare, nec deficere  
deprehendit, hujusmodi apozema ex-  
hibeat.

℞. Tamarindorum subtiliter incisorum, &  
deinde probe contusorum ℥ ij.

hordei contusi, & passularum bene con-  
tusarum sine acinis ana p. iij.

pruna incisa & contusa num. xv.

conservæ nenusaris, & conservæ violarum  
ana ℥ ij.

fiat decoctio secundum artem, in lib.  
xij. aque

CURAND. RATIONE. 225

aque, quoad libras octo relique fiant. Ex-  
primito deinde & colato: cui colaturae  
adde syrupi violati, & oxysacchari so-  
lutivi, & syrupi de duabus radicibus  
ana ℥ iij.

fiat apozema de quo aegrotus singulis die-  
bus mane bibat ℥ xij.

vesperique tantundem. Adhibebis etiam  
illud enema sive clysterem.

℞. Succu betae lib. i. olei rosarum ℥ ij.

salis ℥ j.

zuchari rubei ℥ ij.

castie fistulae ℥ j.

misce, & fiat enema-

Jam verò concoctionis signis appa-  
rentibus, si naturâ sponte sua ad eva-  
cuandum non moveatur, eradicativò  
medicamento utendum est hujusmodi.

℞. Passularum extractis acinis p. j.

prunorum damascenorum sine ossibus  
num. xx.

florum violarum, borraginis & buglossae  
ana ℥ ij.

fiat decoctio, in qua dissolvatur rhabar-  
bari infusi in aqua in tybi per noctem ℥ j.

pilorum spice gran. iij.

castie fistulae, & diaprunis solutivi ana ℥ iij.

fiat potio. Cui addas syrupi violarum ℥ j.

& aromatizetur cum pulveribus diabo-  
don Abbatis, & rosata novella ana ℥ j.

& hoc delicatiorib. hominib. exhibetur:

*robustioribus verò hujusmodi aliud.*

*R̄. Diaprunis solutivi ℥ ℥.*

*diaprunis scilicet ℥ v.*

*cum aqua intybi fiat potio.*

Si paroxysmus sudore terminatur, eoque nimio, qui ex nimia virtutis debilitate, aut ex caliditate nimia proveniat; hoc remedio compescitur sudor.

*R̄. Olei myrtilorum, & rosarum ana ℥ j.*

*misce: & si hoc minus valeat, illo altero utendum est.*

*R̄. Gummi Arabici infusi in aqua rosarum,*

*& balaustiorum ana ℥ ℥.*

*mucilaginis psyllij ℥ j.*

*olei citoniorum & rosarum ana ℥ iij.*

*misceantur, & inungatur corpus.*

Cum sudorem ex nimia virtutis debilitate profluere cognoveris, brodiis & falsatis ægrotus tibi reficiendus est, admixto agrestæ succo, vel hoc pulvere.

*R̄. Corallij rubei ℥ ij.*

*margaritarum, & balaustiorum ana ℥ j.*

*zuchari tabarzet ℥ ij.*

*misce, & fiat pulvis.*

Quod si his omnibus rectè curatis, calor tamen non deficiat, sed ad exteriores partes magis extensus, ob nimiam subtilitatem sitim efficit, vehementer calefaciens; consultissimum fuerit julebum aliquod parare, quo ægrotus cum voverit, utatur; idque vires restauret, &  
bilis



bilis ardorem refrigerando reprimat.  
hujusmodi.

R̄. Pulveris electuarij diatrium santalorum,  
& pulveris diadragacāthi frigidi ana ℥ss.  
cristalli ℥j.

Zuchari tabarzet ℥iiij.

misce, & fiat conditum auratum: at-  
que hoc ditioribus opportunum erit.

R̄. Margaritarum orientalium perforata-  
rum, & non perforatarum, fragmento-  
rum rubinorum, smaragdorū, &  
hyacinthorum in subtilem pulverem  
contusorum ana ℥j.

cryſtalli ℥ss.

offium de corde cervi num. 4.

feminiſ citri mundati, quatuor ſeminum  
frigidorum ana ℥j. ꝑ.

ſoliorum auri & argenti ana num. iiij.

zuchari tabarzet ℥iiij.

conſervæ violarum, intybi, & bugloſſæ  
ana ℥ss.

pulveris trium ſantalorum ℥j.

Zuchari ℥iiij.

fiat in modum conditi & quando vol-  
uerit bibere, accipiat duo cochlearia  
iſtius conditi cum aqua hordei ℥vj.  
cum qua admiſce tria hujus julebi.

R̄. Luleb violarum, & acetofi. ſ. ana ℥iiij.

miſce in amphora parva hæc pro ditioribus;

& ſucci granatorum, aquæ cucumeris,

& cucurbitæ, & intybi ana ℥vi.

*mucilaginis psyllij ℥ ℥.*

*aceti albi unciam unam, cum zucchero  
sufficienti; fiat juleb: in cujus clarifi-  
catione ponantur quatuor seminum fri-  
gidorum minorum, santalorum rubeo-  
rum & alborum, spodij ana ℥ j.*

*camphoræ ℥ ℥.*

hoc ægroto potum appetenti exhibito.

Licebit quoque super linguam ægro-  
ti ariditate laborantis, electuarium dia-  
dragacanthi frigidi apponere, vel pilu-  
las, bechicas, bichichias vocatas; vel pru-  
na damascena, vel lactucam, vel pomum  
frigidum, vel aqua rosarum, & aceto  
gargarizare; vel aliquid de syrup. vio-  
larum lambendum, vel cucumeris par-  
tem mandendam permittere.

Si verò nimia simul & caliditate & sic-  
citate laboret, misceto has res, & ad  
gargarismum exhibeto.

*℞. Aquæ arnoglossæ ℥ iij.*

*aque rosarum ℥ ij.*

*rhodomellis ℥ j. misce.*

Si glutiendi difficultatem nimia ariditas  
effecerit, lavet os & guttur aqua frigida;  
& deinde syrupum violatum frequen-  
ter lambat.

Si ægrotus anxie habeat ob æstatis ca-  
lorem, vel quòd fumus ex bile cor petat,  
confectio cordiali juvandus est.

*℞. Theriacæ, citri, conservæ rosarū ana ℥ j.  
cum*

CURAN. RATIONE. 229

cum syrupo acetositate citri : fiat confectio pauperioribus commoda. Dittioribus verò;

℞. Diamargaritonis ꝑ. ʒj. ꝑ.  
seminis citri mundati, & seminis acetosi,  
& bombacis ana ʒij.  
cum syrupo buglossæ : fiat Confectio.

Item hoc modo.

℞. Confectionis hyacinthorum ʒj. ꝑ.  
pulveris diamargaritonis ꝑ. ʒiij.  
misce cum syrupo violarum: fiat confectio.  
cujus cochlear unum ægroto cum anxie  
habet cum aquis rosarum & buglossæ  
bibendum exhibebis.

Si capitis dolore nimio, ex fumis à ventriculo ad caput sublatis, afficiatur ægrotus, enæmatis prædictis sæpius etiam adhibitis, & crurium frictione succurrendum est. Præterea etiam & pedum lotionem ante somnum utendum hujusmodi.

℞. Florum rosarum rubrarum, foliorum vitis, & camomillæ ana m. ij.

florum camomillæ, & meliloti ana ꝑ. j.  
bulliant in aqua communi, qua per singulas noctes pedes laventur: & coxæ etiam ligenter, ut fumis à capite retractis dolor remittatur. frica etiam pedes cum linteo crasso, in quo nonnihil salis aceto madefacti positum sit. juverit etiam caput hoc medicamento confortare.

K 7

℞.



℞. *Aque rosarum* ℥ iiiij.

*olei rosarum* ℥ ij.

*aceti* ℥ ℥.

*santalorum rubeorum* ℥ i.

miscē, & fiat frontale in forma saccul-  
li. Item.

℞. *Coriandri preparati, rosarum rubeorum*  
*ana* ℥ ℥.

*corticum papaveris, florum camomille*  
*ana* ℥ iij.

conquassentur, & in saccullo indita, at-  
que rosarum aqua irrorata, capiti im-  
ponantur.

Vigilia etiam nimia ex humiditatis,  
à caliditate & siccitate febris consum-  
ptæ, defectu ægrotis nonnunquam ac-  
cidit: cui coctis lactucis in cœna exhibi-  
tis, commodè aliquando subvenitur. Id  
cùm minus sufficiat, papaveris cortices  
lactucis coquendis addantur. Sin hoc  
etiam non satis esse videatur, unguen-  
tum hoc applica.

℞. *Unguenti populeonis* ℥ ℥.

*requiem Galeni* ℥ iij.

miscē. Quòd si neque his etiam remediis  
dormierit, hanc potionem duabus ho-  
ris ante mediam noctem exhibeto.

℞. *Syrupi papaveris, & nenusaris ana* ℥ j.  
*opij thebaici* ℥ ij.

miscē, & bibat. Licebit etiam soporife-  
rum hoc naso indere.

℞.

℞. *Aquæ nenusaris* ℥. ℥.  
*requiem Galeni* G. iij.  
*opii thebaici* G. iij.  
*aceti modicum*

his mixtis, madefiat coccum vel bombyx, & intra nasum indatur.

Præterea illud attentè considerandum est, solere nonnunquam post crism, caloris nonnihil residere; id quod ex ardoris ac sitis sensu, & caliditate intra hepar, atque in volis manuum; ex urinæ etiam tinctura deprehenditur. Illud in hac re perspicui operæpretium erit, an videlicet caliditas illa ex mala complexionione, simul cum materia, an sine materia etiam proveniat. Si materia non adsit, electuario quopiam complexionionis malæ calidæ correctivo uti oportuerit: ut;

℞. *Electuarium, diatrium santalorum, aut diamargaritonis frigidi; & quo ego in regione nostra commodè usus sum, confectionis buglossæ, cum aqua intybi, vel capillorum veneris, vel cichorei, vel nenusaris.* Proderit etiam singulis diebus binas tabellas hujus generis manè edisse, cum aqua aliqua commoda, vel syrupum aliquem caloris extinctivum bibere; ut violatum, vel zucharum rosatum comedere, vel hordeatum sorbere; cui quatuor frigida semina addita sint. Ipsa verò hepatis regio  
 bis

bis diebus singulis, manè & vesperi, rosato santalato dicto unguento commodè inungitur.

Si verò caliditatem ex mala complexionē calida cum materia effici cognoveris; laxativa confectione, & correctivo, sive alterativo, alternè uti oportebit, certis intervallis accipiendo. ut:

*R̄. Confectionis diacatholiconis, castæ fistule preparatæ cum zucharo ana ℥ j.*

*quatuor seminum frigidorum mundatorum ana ℥ j.*

*pulveris diatrium, santalorum ℥ j. ℞.*

*conservæ rosarum pistæ ℥ ℞.*

*rhabarbari ℥ j.*

*pilorum spicæ G. v.*

*cum syrupo capillorum veneris. fiat confectionio: de qua accipiat unum cochlear una die cum aquis prædictis, scilicet capillorū veneris, cichorei, intybi, & similibus.*

In declinatione etiam morbi enæmata quædam adhiberi possunt, partim educativa; partim correctiva, sive alterantia; & partim nutrientia. ut:

*R̄. Caput hœdi collo abscisso & cerebro remoto, quod in aqua cum hordeo præparato coquatur, quoad ossa separentur: ex hac decoctione ℥ xvj.*

*adde ovorum vitellos duos, olei violati ℥ ij. hoc per clysterē adhibito: præter ea quæ effici diximus, mala etiam complexio calida cor-*



corrigitur, quæ renibus tertianam patientis ægroti sæpe accidit. Renes autem ipsi exterius inunguntur hujusmodi unguento.

℞ Olei rosati magistri Arnoldi ℥ j.  
aceti modicum : misce, vel unguento rosato santalato. His igitur remediis diligenter adhibitis, sanitas ægrotanti, Deo propitio, restituitur.

Illud tamen animadvertere in omni hoc curationis capite oportuerit, ea quæ à nobis de evacuationibus initio dicta sunt, de communi curationis genere, & opportunitate esse accipienda. namque de ea, quæ coacta cura dicitur, aliud est iudicium. Si enim in ipsis morbi initiis biliosam materiem, furentem, periculumque comminantem cognoveris, & membri alicujus raptum, vel causonem timueris, fortiori medicamento eradicatorio aliquo initiis ipsis obsistendum est. Cujus generis illud.

℞. Rhabarbari temperati in aqua intybi ℥ j.  
pilorum spicæ G. iij.  
diaprunis solut. ℥ ij. ℞.  
casee fistule mundæ ℥ j.  
dissolve in aqua nenusaris, & buglossæ quantum satis fuerit. Aromatizetur autem cum ℥ j.

diarhodonis Abbatis. Deinde descriptam à nobis viam insisto: atque hoc modo ter-

i, ro-  
modè  
mple-  
no-ve-  
tivo,  
tebit,  
fistula  
dato-  
℞.  
onfe-  
ar una  
pillo-  
libus.  
emata  
edu-  
antia;  
bro re-  
parato  
r: ex  
ti ℥ ij.  
e effi-  
calida  
cor-

tertianæ febris curam habeto; peritissimos autem practicos nocturna diurnaque manu versato.

## DE CÛRATIONE

tertianæ febris nothæ ex biliosa  
& pituitosa materia.

## CAP. II.

**T**ertianæ spuria appellata, hujusmodi indicia sunt. Paroxismus ultra sedecim horas durans, urina crassæ substantiæ, & citrino colore; capitis gravedo, & similia. Principio igitur cognoscendum est, an materia vitiosa, nimia sit, an modica; si modica fuerit, ut plurimum digerendo & evacuando, curatio instituitur. Igitur cum materiam inobedientem fuisse intellexerit medicus, fortius aliquod enæma, quam pro simplici tertiana, parabit; majori multitudine, crassitie, & viscositate id postulante. Id autem hujusmodi erit.

*R̄. Malvæ, bismalvæ, mercurialis ana man. j. coquantur: in decoctione dissolvatur cassie fistule ℥j.  
confectionis benedictæ ℥vj.  
olei communis ℥ij.  
salis ℥i. ℞.*

& efficiatur enæma. Deinde concoctivos syropos singulis diebus manè exhibeat.  
ut: ℞.

℞. Syrupi acetosi, scilicet intybi, & rhodomellis ana ℥ ℥ ss.

aquarum intybi, cichorei, & buglossæ ℥ j. misce, atque tribus diebus utere.

Post quos minorativum medicamentum propinandum est: ut illud;

℞. Casie fistulæ mundæ, rhodomellis ana ℥ j. electuarij, diacartami ℥ iij.

cum aqua buglossi, fiat potus exhibeaturque ante ortum solis, nisi paroxismus impediat: nam si tunc invaserit, medicamentum hora quietis est exhibendum, quæcunque illa sit. Quoniam verò febris tertiana notha plerunque ex materia crassa & viscosa fit, idcirco una portione evacuari non potest. Quamobrem alij etiam syrupi parandi sunt, qui & provocare magis, & materiam conjunctam dissolvere magis possint. ut:

℞. Syrupi acetosi composui de duabus radicibus ℥ j.

rhodomellis ℥ ss.

aquarum capillorum veneris, & saniculi ana ℥ j. ss.

ex quibus manè singulis diebus bibat ægrotus. Quod si post sumptam portionem urina crassior appareat omnino sanguinem mittere expediet, usque ad ℥ vi.

& si iterum idem deprehendatur, iterum vena basilica scindenda est, modò virtus constet, & alia particularis causa non inter-



intercedat: ut dolor capitis, qui ex cephalica sanguinem mitti postulat, alias basilica plerumque scindenda est: namque biliosæ febris fons ut plurimum in hepate est. Syrupis autem sumptis, & concoctionis apparentibus signis, eradicativa potio paratur.

℞. *Casie fistulæ mundæ, & rhodomellis ana ℥j.*

*rhabarbari electi infusi in aqua intybi ℥j. pilorum spice G iij.*

*electuarii, diacartami ℥ iij.*

*bis in communi decoctione dissolutis potus paratur. Rhabarbari autem dosis ad proportionem abundantis bilis augenda est: diacartami verò ad pituitæ abundantie rationem addenda. Illud etiam ab Avicenna commendatum medicamentum commode in mixtione bilis & pituitæ exhibetur.*

℞. *Turbith albi & gummosi ℥j.*

*scammonii G. vi.*

*salis gemmæ ℥ss.*

*aque feniculi. & rhodomellis ana ℥j.*

fiat potius. Consultissimū autem est, correctis, & fermentatis potius medicamentis, quàm simplicibus fortiter solventibus, quæ sua natura venenosa plerumque sunt, ut probe Mesues notat: ita si turbith & diacartami simul copia sit, diacartami electuario tutius evacuamus, quod

quod correctius medicamentum sit.

Quod si turbith, agarico, vel scammonio uti libeat, videndum an biliosa materia cum pituitosa mixta, pituitæ, humiditatem faciat, an non; ut in hemitritæ: si faciat, diacartamum exhibendum est, in cujus confectione scammonium intrat, & ad unam omnino formam redacta sunt: & sic purgabitur materia unita unitate formæ. Si verò utraque seorsum separata materia est, agarico vel turbith, vel scammonio evacuare, Avicenna auctore, non nocuerit.

Postquam verò hoc medicamentum adhibitum fuerit, si tamen febris nondum absit, quod materies multa, vel crassa, vel viscosa est, atque ob eam rem secundum jam mensem morbus excedit, sollicitè provideat medicus, an hypochondriorum partes bene tractabiles maneant, an non quas si oppilatas deprehenderit, vel ob bilis crassitudinem, vel copiam, vel viscositatem; fomentatione aliqua iuvabit. ut.

*R̄ Florum camomille, & meliloti ana m. j.*

*absinthii m. j. ℞.*

*spicæ, rosarum rubearum ana ʒ ℞.*

bulliant in tribus libris aquæ, & cum spongia intincta, atque deinde expressa fomentetur locus; ac deinde huiusmodi unguento aliquo inungatur.

*R̄.*

ex ce-  
alias  
nam-  
um in  
is, &  
eradi-

mellis

ubi ʒ j.

potus  
d pro-  
la est:  
lantia  
ab A-  
entum  
ituitæ

ʒ j.  
t, cor-  
amen-  
venti-  
mque  
si tur-  
diamus,  
quod

R̄. Olei de spica, absinthij & rosarū ana ℥j.  
cere quantum sufficiat, & fiat unguen-  
tum: vel huiusmodi aliquo emplastro  
uti conducet.

R̄. Florum camomille, meliloti, absinthij,  
squinati, spica, seminis carabi, triso-  
rum ana ℥j.

incorporentur etiam cum oleo absinthij, ca-  
momille & spica, quantum sufficiat. fiat  
emplastrum quod regioni oppilatae im-  
ponatur. Delicatiores verò, & inhye-  
me ob frigiditatem inungi & fomentari  
recusantes, emplastri genere quopiam  
idoneo iuneris. ut:

R̄. Masse emplastri de meliloto, & diaqui-  
lonis, majoris, quantum sufficiat: & fiat ad  
formam idoneam, atque oppilato loco  
imponatur. Enæmatum autem adhiben-  
dorum obliuisci interim non oportet,  
quæ utilissima etiam ad hanc rem sunt;  
qualia jam descripsimus. Illud etiam  
enæma commodum ad oppilationem  
fuerit.

R̄. Florum camomille, florum violarum  
ana m. j.

betæ, mercurialis ana m. ℞.

seminis cartami ℥iij.

fiat decoctio ad ℥xij.

in quibus dissolvatur confectionis hieræ lo-  
godionis ℥j.

olei sesamini ℥iij.

fiat enæma. vel.

R̄. Se-



R̄. Seminis anisi, marabri, brance ursine,  
foliorum violarum m. ℥.  
fiat decoctio ad ℥ viij.  
in quibus dissolvantur.  
confectionis benedictæ.  
& hieræ picræ ana ℥ ℥.  
olei camomille & rosarum ana ℥ j.  
salis communis ℥ j. ℥.  
fiat enæma. vel;

R̄. Ficum siccarum num. vj.  
sebesten num. iiij.  
foliorum violarum m. ℥.  
turbit, & seminum cartami ana ℥ iiij.  
bliti m. j.  
fiat decoctio, in qua dissolvatur  
castie fistule munde ℥ j.  
olei camomillini ℥ ij.  
salis communis ℥ j. ℥.  
misce & fiat clyster. vel;

R̄. Prunorum damascenorum, meliloti, &  
sursuris ana m. j.  
fiat decoctio, in qua dissolvatur  
rhodomellis & Zuchari rubei ana ℥ iiij.  
olei sesamini ℥ j. ℥.  
salis communis ℥ j. ℥.  
misce & fiat enæma.

Ad ejus verò materiæ, quæ febrem  
adhuc fovet & tardat, expulsionem &  
correctionem, hujusmodi apozema  
præbetur, quod partim extinguat, par-  
tim etiam adaperiat.

R̄. Ta-

ana ℥ j.  
nguen-  
plastro  
sint hij,  
, trito-  
hij, ca-  
at. fiat  
tæ im-  
inhyc-  
nentari  
apiam  
diaqui-  
fiat ad  
o loco  
dhiben-  
portet,  
n sunt;  
etiam  
tionem  
violarum  
hieræ lo-  
R̄. Se-

℞ Tamarindorum subtiliter incisorum, ac  
deinde bene contusorum ℥ ij.  
radicum recentium probe contusarum, in-  
tybi, cichorei & apii ana m. iij.  
hordei bene contusi, & passularum de-  
tractis acinis contusarum ana p. iij.  
conservæ nenusavis ℥ ij.

prunorum damascenorum subtiliter inci-  
sorum num. xv.

fiat decoctio ex arte, in lib. xij.

aque, quousque remaneant lib. viij.

& facta forti expressione, & colatura,  
adde syrupi violati, & oxysacchari  
scilicet & syrupi de duabus radicibus,  
ana ℥ iiij.

misce, & fiat apozema: ex quo singulis  
diebus manè ℥ xij. bibito, & vesperi  
tantundem. Conferet etiam plurimum  
apozematis loco syrupus apozematus  
præstantis in ea re virtutis. ut;

℞ Aquarum absinthii, apii & feniculi, &  
scariolæ ana ℥ iiij.

& de byzantiis, & acetosi, & de duabus  
radicibus ana ℥ iij.

azari, squinanti, santalorum rubeorum  
ana ℥ j.

que in ligatura ponantur: & fiat apoze-  
matus. Item.

℞ Pulveris trochiscorum de eupatorio ℥ ij.  
pulveris diatrium santalorum ℥ j.

Zuchari infusi in aqua absinthij & feniculi  
ana

CURAN. RATIONE. 241

ana quantum sufficiat, & fiat electuarium  
in tabulis. Item :

℞. Casie fistule preparate cum zucchero,  
& electuarij diacartami ana ℥ j.  
rhabarbari ℥ j. ℞.

quatuor seminum frigidorum majorum  
mundatorum ana ℥ ℞.

cum syrupo capillorum veneris : fiat confe-  
ctio opiata. vel ;

℞. Turbith albi & gummosi ℥ ij.  
agarici ℥ j.

casie fistule ℥ ij.

diacridij C. x.

cum syrupo acetoso de duabus radicibus, &  
fiat confectio opiata. vel ;

℞. Hieræ logodionis, & casie fistule ana ℥ j.  
misce. vel ;

℞. Pulveris hieræ picræ Gal. ℥ iij. ℞.

casie fistule preparate ana ℥ j.

quatuor seminum frigidorum mundatorum  
ana ℥ j.

cum syrupo acetoso : fiat confectio. & ;

℞. Aquarum scariolæ & feniculi ana ℥ iij.

misce. Hoc igitur modo producenda cu-  
ratio est, concoquendo, & evacuando

medicamento forti debili mixto. nam  
duabus diebus exhibebis ex prædicto sy-  
rupo apozemato ℥ viij. cum binis tabu-  
lis prædicti electuarij : quarta autem die  
cochlear unum prædictarum confectio-  
num dissolutarum cum ℥ vj. dictæ aquæ :

ana

L atque



atque ita concoquendo, & evacuando, conservando virtutem cum medicina forti in virtute, & debili in evacuatione, liberabitur Deo auxiliatore ægrotus.

¶ Si quis verò à confectionibus hujusmodi abhorrens, refugiat, hujusmodi pilulis curabitur.

℞ *Masse pilularum rhabbari, & de a-*  
*garico ana ʒ ʒ.*

cum aqua fœniculi formentur pilulæ ciceris magnitudine ad usum; quas per intervalla accipiat ægrotus, sicut de confectionibus dictum est: id autem fiet, cum ægrotus dormire intendit. Cum nimia quantitate materia est, ut in tertianis nothis plerumque accidit, illud pervidendum est, num adeo copiosa sit, ut concoctionis expectatio periculum mortis minetur ob materiæ suffocationem: namque in hoc genere eradicationibus medicamentis statim ab initio, ut jam diximus, uti oportuerit; quanquam materia ipsa concocta non sit; id quod ab Hippocrate aperte præcipitur in principii morborum, &c. At verò minore existente copia, ut plerumque fit, minorativum medicamentum ante syruporum etiam usum adhiberi convenit. ut illud:

℞ *Florum violarum, borraginis & buglossæ*  
*ana ʒ ʒ.*

*pru.*

CURAN. RATIONE. 243

prunorum damascenorum enucleatorum  
num. xij.

passularum detractis acinis pug. j  
bulliant in aqua communi, in qua dissol-  
vatur rhodomellis, & casie fistule  
munde ana ℥j.

rhabarbari electi temperati in aqua in-  
tybi ℥j.

pilorum specie C. iij.  
electuarij diacartami ℥iij.  
fiat potus.

Accidit etiam aliquando tertianam ex  
bilioso humore cum atra bili mixto pro-  
venire, prospiciendum est, an melan-  
cholicus ille humor ex adustione sui ip-  
sius, videlicet melancholici humoris na-  
turalis cum bili, an etiam non naturalis,  
sed accidentali adustione factus sit. Si na-  
turalis est, naturalibus prædictis inten-  
tionibus est procedendum per enæmata  
concoquendo, atque evacuando etiam,  
quorum huiusmodi descriptio sit.

℞. Hordei, mercurialis, malvæ, violarum,  
spinacie, borraginis ana m. j.

fiat decoctio; in qua dissolvatur pulvis  
hiere gallæ ℥ij.

casie munde ℥j.

olei communis ℥ij.

salis communis ℥j.

fiat enæma: & tunc applica etiam syru-  
pos. ut;

L 2

℞.

℞. Syrupum buglossi, & acetosæ, scilicet ana G iij.

aquarum buglossæ, & intybi ana ℥ j. ℞.  
vel magistralera aliquem hujusmodi.

℞. Florum buglossæ, borraginis, & violarum ana m. j.

radicis petroselini & saniculi ana m. ℞.

melissæ, scolopendræ ana m. j.

fiat decoctio, & cum lib. j.

Zuchari, & aceti ℥ iij.

fiat syrupus: & adde aquarum buglossi & cichorei: atque ex his bibat singulis diebus, mane & vesperi: ubi verò concocta materies fuerit, hujusmodi potionem exhibeto.

℞. Florum buglossæ, violarum, borraginis; seminis anisi & marabri ana ℥ ij.

liquiritiæ rase conuasatæ m. j.

fiat decoctio; in qua dissolvatur castie

fistulæ mundæ, & confectionis diasenæ

ana ℥ ℞.

electuarij de succo rosarum ℥ iij.

fiat potus: dulcoretur cum syrupo violarum.

Advertendum tamen est, non oportere, ut diætâ ad eam frigiditatem declinet, quæ in tertianæ simplici exigitur, ob melancholici humoris admixtionem; qui frigidæ complexionis est.

Si verò ex bili calida tertiana proveniat, cujus pars aliqua adusta in melanchol-

chol  
præc  
sunt.  
est,  
quod  
tendi  
rati  
tibi  
& di  
igitur  
℞. J  
fol  
fia  
vi  
sal  
fiat  
conf  
℞. S  
ve  
aq  
misc  
℞. S  
an  
cum a  
ratur  
℞. J  
aq  
ac  
cum  
℞. Q  
an



choliā conversa fuerit non naturalem  
 prædicti canones tibi etiam observandi  
 sunt. nam aut regulariter procedendum  
 est, aut irregulariter, si non regulariter,  
 quod materia nimia sit, eradicativo u-  
 tendum est. si verò nimia non sit, mino-  
 rativo. Si autem regulariter agendum  
 tibi fuerit, enæmatibus, concoctione,  
 & deinde evacuatione opus erit. Erit  
 igitur usui hujusmodi clyster.

℞. Foliorum violarum, hordei mundi, &  
 foliorum malvarum ana m. j.

fiat decoctio: in qua dissolvatur medul-  
 læ casie fistulæ ℥ j.

vitelli ovorū duorum, olei violarum ℥ iij.

salis ℥ j. ℞.

fiat enæma. Syrupum verò hujusmodi  
 constitues concoctivum.

℞. Syrupi violarum & intybi ana q. s. iij.  
 vel ℥ j.

aquarum intybi & lupulorum ana ℥ j. ℞.

misc. vel;

℞. Syrupi buglossæ & oxysacchari scilicet  
 ana q. s. iij.

cum aquis, &c. Magistralis etiam sic pa-  
 ratur.

℞. Aquæ fumarie ℥ vi.

aque buglossæ, rosarum intybi ana ℥ iij.

aceti ℥ j.

cum zucchero: fiat syrupus. vel;

℞. Quatuor seminum frigidorum communiū  
 ana ℥ j. L 3 florum

florum violarum, borraginis, & bugloſæ,  
roſarum, & ſcariolæ ana p. j.

succi borraginis, ſumariæ, & pomorum  
grati odoris acetoforum ana ℥ iij.

ſcolopendræ m. j. ℞.

bulliant ſimul in lib. j.

aquæ ad conſumptionem tertiæ partis, & cum  
tribus lib. zuchari: fiat ſyrupus: de quo  
accipiat ſingulis diebus manè ſeptena co-  
chlearia cum prædictis aquis. Materia  
autem concocta, potionem hanc ex-  
hibeto.

℞. Confectionis hamech ℥ iij.

caſtæ mundæ ℥ j.

diſſolvatur in aqua intybi, & fiat potus;  
dulcoreturque cum ſyrupi violarum  
℥ j. vel;

℞. Epithymi, folliculorum ſenæ, hordei  
mundi, florum violarum, borraginis &  
bugloſſi ana ℥ j. ℞.

fiat decoctio: in qua diſſolvatur rhabar-  
bari inſuſi in aqua intybi ℥ iij.

caſtæ mundæ ℥ j.

diſſolvatur in ſero caprino, & fiat potus. vel:

℞. Confectionis hamech, electuarij de ſucco  
roſarum ana ℥ ij. vel iij.

incorporentur, & fiat bolus cum zucharo.  
Quod ſi febris nondum diſceſſerit, com-  
modis & idoneis medicamentis, ut in  
tertiana notha celebriori agendum eſt,  
concoquendo & evacuando adhibita  
forti

forti & debili medicina, ut confectio  
aliqua huiusmodi.

℞. Confectionis hamech, electuarij de succo  
rosarum ana ℥ ij.

quatuor seminum frigidorum mundatorum  
omnium ana ℥ iij.

incorporentur cum syrupo violarum, & fiat  
confectio. vel;

℞. Confectionis diasene, casie preparate  
cum zucchero ana ℥ j.

rhabarbari electi ℥ ij.

pilorum spice G. viij.

misce cum syrupo violarum, & fiat confe-  
ctio. Item:

℞. Pulveris diarium santalorum, trochisco-  
rum rasis, & de rhabarbaro ana ℥ j.

conservæ buglossi ℥ iij.

zuchari insusi in aqua intybi, quantum suf-  
ficiat. fiat electuarium in tabulis. Item.

℞. Syrupi buglossæ, intybi, capillorum ve-  
neris ana ℥ iij.

aquam lupulorum, & radicum diuetica-  
rum ana ℥ iij.

cum zucchero sufficienti fiat syrupus apoze-  
matus, de quo ægrotus sumat duabus  
diebus uncias binas cum duabus tabulis:  
& si libuerit confectionis partem sumere,  
sumat. vel ex his pilulis.

℞. Massæ pilularum de rhabarbaro, & In-  
diarum ana ℥ ℥.  
diacridij G. viij.





*cum aqua intybi fermententur pilulæ  
num. xij. ad usum singulis vicibus.*

## DE TERTIANA continua.

### CAP. III.

**T**ertianæ continuæ dictæ à minori  
paroxifmo inchoari solent, quæ an  
simplices sint, videndum in primis est.  
Id autem tertianæ simplicis signis indica-  
tur, atque eodem omnino modo quo  
simplex tertiana curatur. Quòd si com-  
positam esse cognoveris, quonam modo,  
aut quo humore componi contingat,  
continud est considerandum. nam vel  
cumbili atra, vel cum pituita compo-  
nitur. Rursus atra bilis in naturalem &  
accidentalem dividitur. Accidentalem  
autem eam dicimus, quæ ex aduflatione  
fiat. Utriusque autem materiæ conco-  
quendæ atque evacuandæ formulam su-  
perius descripsimus.

Illud tamen cognoscere operæpre-  
tium est, hanc continuam tertianam, ut  
interpolata, graviorem, deteriora etiam  
efficere symptomata, tam in membris  
mobilibus, quam in internis; atque in  
his etiam quæ per directionem cum cor-  
de continua sunt; ea autem symptomata  
hu-

C  
hujus  
pitis g  
te ma  
nendu  
nimia  
delatu  
bus,  
à nobi  
confo  
verò  
illi sin  
quibu  
dixim  
simpli  
mi sin  
stione  
fronta  
R. O  
cast  
san  
misce  
gere l  
R. O  
cum  
lum h  
R. C  
ana  
flor  
san  
conq  
auter

hujusmodi plerumque sunt. Primum capitis gravedo, ac dolor; cui levando ante materiam purgatam nihil est apponendum. Eum autem dolorem si vapor nimia febris excitatus, atque ad caput delatus effecerit, diversoribus enæmatis, fricationibus, lotionibus pedum à nobis jam descriptis, levabis: deinde confortantibus illis capiti adhibitis. tum verò considerare oportuerit, an fumi illi simplices sint, hoc est, calidi ac sicci quibus sanguinis missio conveniet, ut diximus in dolore capitis, in tertiana simplici, ac pura. Si verò compositi fumi sint, ex vaporum humidorum adustione, ut ferè in tertiana notha accidit, frontale adhibebis hujusmodi.

℞. Olei rosarum & camomillæ ana ℥j.

casie lignee ℥j.

santalorum rubeorum ℥j.

misc. Idem in unguenti formam redigere licebit. ut;

℞. Olei camomillini & rosarum ana ℥j.

cum cera fiat unguentum. Item sacculum hujusmodi si libeat, imposito.

℞. Coriandri præparati, rosarum rubearum ana ℥ij.

florum camomillæ, meliloti ana ℥iiij.

santalorum rubeorum ℥j.

conquassentur, & fiat sacculus. Purgata autem materia, apozema illud commo-

L 5

dè

lulæ

A

nor  
e an  
s est.  
dica-  
quo  
om-  
odo,  
gat,  
i vel  
po-  
m &  
alem  
ione  
nco-  
i su-  
pre-  
ut  
iam  
bris  
e in  
cor-  
nata  
hu-

dè dabis, quod in cap. de tertiana notha descripsimus.

Accidunt etiam nonnunquam hujusmodi febre laborantibus angores, ob caliditatem nimiam atque mobilitatem humorum: in quibus cordialia opportunè parantur, puræ ac mixtæ materiæ ratione habita; & iis adhibitis in pura, quæ de pura tertiana docuimus: in mixta verò materia hujusmodi cordialibus utitor; maximè si bili pituita misceatur.

℞. Pulveris diamargaritonis ℥ ℥.

theriacæ de citro, limonatæ, smaragdorum ana ℥ ℥.

misce cum syrupo buglossi: fiat confectio cum aquis buglossi, & intybi. Vel alia etiam magistralis confectio paretur.

℞. Confectionis hyacinthorum, confectionis alchermes, pulveris diamargaritonis frigidiana ℥ j. ℥.

misce cum syrupo acetositis citri; fiat confectio. vel;

℞. Conservarū buglossæ & rosarū ana ℥ ℥. seminis citri mundati, seminis acetosæ & borraginis ana ℥ j. ℥.

cum syrupo acetositis citri: fiat confectio. vel;

℞. Radicū tormentillæ & zedoariæ ana ℥ ij. ben albi & rubei ana ℥ j. conservæ rosarum ℥ ℥.

℥.



CURAN. RATIONE. 251

Syrupi violarum quantum sufficiat: fiat confectio. De omnibus istis compositionibus poterit aegroti hora angustiae unum cochlear exhiberi cum aquis praedictis. Qui si delicatior sit, & huiusmodi confectioes accipere recusaverit, electuarium in tabulis constituito. vt;

Rx. Pulveris electuarij diamargaritonis ℥ j.

pulveris diacameronis ℥ ij.

zuchari infusi in aqua buglossae quantum sufficiat: fiat electuarium in tabulis. Si tamen nimia etiam siti, delicatioreque complexione laborat, huiusmodi restaurativum cordiale utrique intentioni idoneum conficito.

Rx. Conservae buglossi & rosarum ana ℥ iiij.  
conservae cichorei ℥ ij.

pulveris electuarij diatrium santalorum,

diamargaritonis frigidi ana ℥ j.

corticum citri cum zucharo conditi ℥ iiij.

zuchari ℥ iiij.

misce, & fiat conditum inauratum. Vel huiusmodi epithema imponito.

Rx. Florum buglossae, corticum citri, florum borraginis & violarum ana ℥ ℥.

santalorum omnium ana ℥ j. ℥.

corallij rubei ℥ ℥.

trochiscorum de campbora ℥ j.

aque melissae & rosarum ana ℥ iiij.

misceantur, & fiat epithema. Si quicquam

quam præterea symptomatis superveniet, consule caput de tertiana canonis tertii, & hoc modo Dei beneficio ægrotus valebit.

## DE CURATIONE

Causonis.

## CAP. IIII.

**S**itis vehementissima, atque æstus, & linguæ ariditas, citrinusque ac niger color, & accessionum vix perceptibile discrimen, æqualiâque ferè symptomatum tempora: vigiliæ præterea, inquietudines, mentis perturbationes, capitis gravedines, temporum pulsationes, oculorum cavitas, urinæ citrinus color, pulsus velox ac vehemens, causonis indicia sunt. Duo autem ejus morbi genera sunt: unum quod ex bilioso humore fit, & causon cholericæ appellatur: id ex tertianæ simplicis signis dignoscitur, cujus curatio hoc modo instituitur. Principio statuere oportuerit in hoc morbo, in quo nimia intensio & adustio est, omnem moram, induciasque omnes esse periculosas; laudarique in primis celeritatem. Igitur urinæ turbiditate, crassitie, ac rubedine perspecta, hujusmodi enæma parari jubebis.

*R̄. Violarum, malvarum, lactucæ, sempervivæ, foliorum nenufaris ana m. j,*  
fiat

CURAND. RATIONE. 253

fiat decoctio ad ℥ xij.

in qua dissolvantur vitelli ovorum duo, olei  
violarum ℥ iiij.

castie fistule mundæ ℥ j.

zuchari rubei ℥ j.

miscē, & fiat enæma. vels;

℞. Decoctionis foliorum violarum lib. i.

succi cucurbitæ ℥ iiij.

olei rosarum & violarum ana ℥ j. ℞.

Camphoræ ℞. iiij.

Salis communis ℥ j.

miscantur, & fiat enæma. Aut aliud  
quodvis ex iis quæ in cap. de tertiana  
simplici pura præcepimus. sed in hac fe-  
bri frigidioribus semper utendum est,  
propter majorem caloris intensiorem.  
Enæmate autem adhibito, statim san-  
guis ex vena communi, si nimis abun-  
dans videatur, mittendus est; vel ex ba-  
silica. Neque verò sanguinis missio tar-  
danda est: quandoquidem phrenitis pe-  
riculum vehementer timetur, caliditate  
in horas adaueta, bilem ipsam acuate,  
atque ad princeps membrum, quale ce-  
rebrum est, tollente; unde vel phrenitis,  
vel deliria fiunt. At verò sanguinis mis-  
sio parcè fiat, ne nimium bilis ipsa effe-  
vescat. Hujusmodi venæ sectio Enenta-  
tiva phlebotomia ab Arnaldo dicitur.

¶ Si autem urina apparuerit citrina i-  
gnea, sine admixtione sanguinis, enæma-



tibus & evacuationibus instituenda curatio est; ob vehementem autem morbi sine induciis celeritatem, huiusmodi potionem ordinabis.

℞. *Florum violarum, borraginis ana ℥ .ss.*  
*prunorum damascenorum n. xx.*

fiat decoctio: in qua dissolvantur *caste fistule mundæ, & tamarindorū ana ℥ vi.*  
*rhabbari electi infusi in aqua intybi*

*℥ j. ℞.*

*pilorum spicæ, G iij.*

miscantur, & fiat potus, dulcorentur cum syrupo violarum ℥ j. vel;

℞. *Castæ fistule mundæ ℥ j.*

*diaprunis laxativi ℥ ij. ℞.*

*dissolvatur in decoctione communi & tamarindorum ℥ ss.*

& fiat potus. Consule etiam caput de tertiana simplici & pura.

¶ Postera die manè clysterem constitues, qua caliditas mitigetur, & materia fervens ex intestinis pellatur, ne longius detenta lædat, excoriationemque efficiat, unde dysenteria eveniat. Ejus hic modus esto.

℞. *Hordei mundi p. iij.*

*foliorum violarum, & betæ ana man. j.*  
*bulliant cum capite hædi, vel cum cruribus, & clunibus pulli; & in ejus decoctionis ℥ xij.*

*dissolvantur vitelli ovorum trium, olei violarum ℥ ij. fiat*

fiat enæma. Ordinabis etiam syrupos digestivos, de quibus accipiet singulis diebus manè. ut;

℞. Syrupi violarum, acetositis citri, vel nenusaris ana ℥j. cum aquis.

Caliditate autem intensiore existente;

℞. Syrupi papaveris ℥j.  
Syrupi intybi & acetositis citri ana ℥ss.  
misc. Item etiam aque cucurbitæ, lactucæ, buglossi, vel aque nenusaris, & cichorei.

Et poteris facere syrupum magistralem.

℞. Caput papaveris, capillorum veneris viridum, intybi, lactucæ, scariole, portulacæ, rostri porcini, florum violarum, & nenusaris ana ℥j.

quatuor seminum frigidorum ana ℥ij.

fiat decoctio: & singulis sesquilibris adde zuchari lib. j. ℞.

& in clarificatione addatur aque intybi, & succi malorum granatorum acetosorum ana lib. ℞.

& fiat syrupus: ex quo singulis diebus mane bibat ℥ij. cum tribus unciis aquarum prædictarum; & vesperi etiam tantundem. Interim tamen enæmata singulis diebus accipienda non intermittantur, ut lenis alvus semper conservetur; nisi tamen: ipsa sponte sua satisfaciât. Quoniam verò vehemens sitis, hujus febris furi-

furibundo ardore efficitur, aquã ex hordeo mũdo decoquere oportuerit, & condita parare : quã quamvis multa fatis in capite de tertiana simplici, tamen alia cordialia frigidiora describi possunt, quã idonea magis ad hanc rem sint, quòd major siccitas & calor in hoc morbo sit. ut;

℞. Margaritarum perforatarum, & non perforatarum, hyacinthorum, sapphirorum, smaragdorum ana ℥ ℥.

seminis melonum, cucurbitæ, cucumeris & citruli mundatorum ana ℥ j. ℥.

trochiscorum de rosis ℥ j.

confectionis hyacinthorum ℥ ℥.

ossis de corde cervi num. iij.

auri & argenij ana panes iij.

zuchari candi violati ℥ j. ℥.

conservæ nenusaris, violarum & buglossi ana ℥ j.

zuchari tabarzet ℥ iij.

misce, & fiat conditum inauratum. Utiliter etiam & ad hunc morbum epithemata cordis regioni imponenda parantur, qualia in cap. de tertianæ curatione descripsimus; & alia etiam hujusmodi.

℞. Serici crudi minutim concisi, ossis de corde cervi ana ℥ j.

spodij. ℥ ℥.

croci ℥ ℥.

camphoræ ℥. vj.

fragmentorum lapidũ pretiosorum ℥ j. ℥.

san  
aq  
vin  
misc  
panni  
natur  
H  
cinnè  
℞. A  
aqu  
acc  
san  
spo  
cas  
misc  
Eider  
mede  
℞. S  
un  
misc  
Rene  
℞. O  
suc  
spo  
cere a  
tum.  
ungu  
aqua  
niture  
rerun  
ris ad



santalorum & coralli rubei ana ℥ j.

aque rosarum lib. i.

vini albi odorati, & aceti albi ana ℥ ℥ ss.

misce, & fiat epithema, in qua granæ  
pannus madefactus cordis regioni impo-  
natur.

¶ Hepatis quoque epithema non incon-  
cinnè adhibetur. ut;

℞. Aquæ intybi & cucurbitæ ana ℥ iiij.

aque lactucæ, & rosarum ana ℥ ij. ℞.

aceti ℥ j.

santalorum omnium ℥ j.

spodij ℥ ss.

camphoræ C. vj.

misce, & impone hepatis ut epithema.  
Eidem etiam hujusmodi unguento rectè  
medeberis.

℞. Spodij, santalorum rubeorū ana ℥ j. ℞.

unguenti rosati santalati ℥ j. ℞.

misce, & fiat unguentum pro hepate.

Renes etiam sic inungito.

℞. Olei rosarum Arnaldi: olei violarum,

succi lactucæ ana ℥ ss.

spodij ℥ j,

cera albæ quantum sufficiat, & fiat unguen-  
tum. Non incommodè quoque hujus  
unguenti loco pannus ex lino, aceto, &  
aqua rosarum & rosaceo intinctus impo-  
nitur. Conferet etiam agrotis frigidariū  
rerum olfactio, qua calidi & sicci vapo-  
ris ad cerebrum ascensus reprimatur. ut;

℞. A-

℞. *Aque florum nenusaris* ℥ iij.

*aque rosarum* ℥ j. ℞.

*santalorum citrinorum* ℥ j. ℞.

*santalorum rubeorum* ℥ j.

miscantur omnia in vasculo: quæ sæpe agitans ægrotus olfaciat. vel hujusmodi confectum pomum olfaciendum præbeto.

℞. *Santalorum rubeorum*, *coralli rubei*, *florum nenusaris*, & *violarum ana* ℥ ij.

*balaustiorum* ℥ j.

*camphoræ* ℥ ℞.

pulverizentur subtiliter, & cum aqua rosarum, & exigua aceti portione fiat pomum perforatum, & suspendatur ad collum, quod semper fricando olfaciat. Frontale etiam ad vapores prohibendos imponere conducet.

℞. *Aque rosarum* ℥ iij.

*florum nenusaris* & *violarum ana* ℥ j. ℞.

*aceti* ℥ j.

*santalorum rubeorum* ℥ ij.

*boli armenici* ℥ j.

misceto, atque linum intingito quod fronti & temporibus imponatur. Quod si immodica vigilia adsit, vel soporiferis remediis is capite de tertiana simplici descriptis, vel aliis hujusmodi utere.

℞. *Pulveris papaveris albi* ℥ iij.

quem oui albo, & aqua rosarum distemperabis: adde aceti aliquantulum, & olei etiam

CURAND. RATIONE. 259

etiam papaverum, vel nenusaris, atque epithematis modo fronti imposito.

¶ Jam verò cum nimia caliditate corpus nimium resolyi deprehenderit, hujusmodi unguento pectus & nucam inungito. ut;

℞. Olei violarum ℥j. ℞.  
olei nenusaris, & pinguedinis gallinæ ana ℥j.

fiat unguentum cum cera, & pauca aqua plantaginis lavetur, & ungetur pectus & nuca.

His diligenter perfectis, materiam ipsam hoc modo eradicare curabis, vel eradicativas potiones primum ordinabis, quas in capite de tertiana descripsimus, vel hujusmodi aliàs.

℞. Diaprunis solutivi ℥.iiij.  
dissolvantur in aqua decoctionis tamarindorum ℥j.

& fiat potus: dulcoretur cum syrupo violarum ℥j.

& aromatizetur cum pulveribus diamargaritonis frigidi ℥j.

materia autem eradicata, urinæ provocativis uteris cum evulsione seminum frigidorum, & syrupo capillorum veneris, & electuario diatrium santalorum, & trochiscis de camphora, & de rosis: & si huic supervenerit fluxus ventris, ut nonnunquam accidere Avicennas ait, ap-

sape  
nodi  
præ-

fo-

rosa-  
num  
um,  
ntale  
nere

j. ℞.

quod  
quod  
feris  
i de-

stem-  
olei  
etiam



applicabis trochiscos de spodio ex eiusdem descriptione.

℞. Trochiscorum de spodio, seminis acetosana ʒ j. ꝑ.  
aque cucurbitæ ʒ vi.

miscē, & singulis diebus manè accipiat ægrotus ʒ j. cum ʒ iij. aquarum prædictarum: & ad resumptionem caliditatis hepatis procede sicut in tertiana simplici cum unctioibus & epithematis.

¶ In pituitoso causone, curatio instituitur evacuando in principiis, & concoquendo iisdem, de quibus antè diximus, medicamentis, cum de tertiana notha ageremus; & eodem etiam apozemate; quandoquidem eadem materia est. Atque hæc febrium ex bili pura simplici, vel composita, curandi ratio est.

## DE FEBRIUM QUÆ ex sanguine fiunt curatione.

### CAP. V.

**S**anguineæ febris synochæ dictæ signa hæc sunt Febris assidua, & inseparabilis rubedo in facie, venarum, arteriarum, atque temporum inflatio, & lassitudo corporis totius cum somnolentia, atque respirationis difficultate. Præterea urina rubra, & crassa, pulsus plenus & undosus.

Prin-

Principio igitur huiusmodi enæma parari iubeto.

℞. Foliorum malvarum, & violarum ana m. j.

fiat decoctio: de qua accipe lib j. & ℥. j.  
in qua dissolvatur castæ fistulæ mundæ ℥ j.  
olei violarum ℥ j. ℞.

salis ℥ ij.

fiat enæma. Si tamen ægrotus enæma pati nolit, & morbus inducias dat, huiusmodi potionem exhibeto. ut;

℞. Capillorum veneris, florum buglossi, borraginis & violarum ana m. ℞.

prunorum damascenorum num. viij.

tamarindorum ℥ j. ℞.

fiat decoctio: de qua accipiat ℥ iiij.

in quibus dissolve castæ fistulæ mundæ, & Syrupi violarum ana ℥ j.

vel illud Avicennæ exhibebis:

℞. Syrupi violarum ℥ j.

succi granati dulcis ℥ ℞.

aquæ intybi, zuchari ℥ ij.

misce, & fiat potus.

Hoc accepto, nisi repletio nauseatica adsit, vena communi incisa sanguinem usque ad animi etiam (si opus fuerit) deliquium mittito: plerumque autem potior est numeri multiplicatio, quam quantitatis.

Persæpe autem accidere solet, ut in plethorico corpore venæ difficillimè inveniri

niri possint, atque ex consequenti, neque sanguinis missio fieri. Huic verò sanguifugæ applicandæ sunt in coxis, tibus, & spatulis: si verò sanguifugis commodè uti nequeas, ventosæ in coxis, & scapulis cum scarificatione apponantur, aut hæmorrhoidæ, aut menstrua, aut sanguis ex naribus provocentur.

Post sanguinis autem missionem, cum nondum plenè febris abierit, syropos quosdam malæ complexionis correctivos, & concoctivos exhibebis.

*Rx. Oxyfacchari scilicet, & Syrupi intybi ana ℥j.*

*aquarum intybi & cichorei ana ℥j. S. vel Syropos violarum, nenusaris, & acetostatis citri, vel papaveris, prout major vel minor refrigerandi necessitas postulaverit. Neque tamen interim enæmata prætermittenda sunt, dum syrupi concoctivi sumuntur.*

Quoniam verò febris hæc somnum inducit, descriptis à nobis pedum lotionibus, crurum frictionibus fortibus ad divertendum uti oportuerit: nec non & faciem lavare, atque sæpius etiam aquam inspergere rosarum aceto commixtam, aut rosarum solam. Laboranti etiam nimia siti ægroto conditum dabis, quale in tertianæ simplicis curatione descripsimus,

simu:  
dam  
nimi:  
tus h  
cond  
Rx. C  
nis  
qu

sa  
m  
au  
zucha  
ana  
inau  
cordi  
tiam  
ne. S  
urina  
oster  
systo  
cium  
conv  
ne ut



simus, & cum eo aquam hordei bibendam, vel aquam frigidam copiosè, si nimia adsit caliditas; neque aliunde potus hic impediatur. Utile autem & hoc conditum ad eam rem fuerit.

*Rx. Conservæ rosarum, buglossi, & borraginis, & violarum ana ℥j.*

*quatuor seminum frigidorum mundatorum omnium ana ℥j. ℞.*

*santalorum rubeorum ℥j. ℞.*

*margaritarum ℥j.*

*auri & argenti ana p. iiii.*

*zuchari tabarzet, & zuchari candidi violati ana quantum sufficit, & fiat conditum inauratum. Epithema etiam hepatis & cordi utiliter imponitur, & renibus etiam, ut dictum est in capite de Causone. Si tamen perseverat adhuc febris, & utina rubea ac crassa, & quasi perturbata ostenditur, ad lividitatem vergens; & systole præterea impulsu augetur, indicium est synocham febrim in synochum converti, quamobrem synochi curatione utendum est.*

ne-  
verò  
xis,  
ugis  
co-  
ppo-  
nen-  
ovo-  
cum  
upos  
festi-  
ntybi  
℞.  
retosf-  
or vel  
ilave-  
i præ-  
onco-  
num  
lotio-  
ous ad  
on &  
quam  
itam,  
im ni-  
quale  
scrip-  
imus,

## DE CURATIONE

febris sanguineæ ex sanguine putrefacto, quæ Synochus dicitur.

## CAP. VI.

**A**ccidentia omnia quæ in febris synocha observata sunt, vehementiora tamen, cum urinæ lividitate, rubedine, & crassitie, angustiaque nimia, respirationisque major frequentia, ex nimio caumate in spiritualibus membris: caliditas præterea & mordicatio, ut in synocha, ob materiæ purreddinem synochum hæc omnia indicant.

Igitur enæmate in primis applicato, sanguis ex communi vena pro virtutis & necessitatis ratione mittendus est: tantum autem sanguinis, quantum in synocha extrahi oportuerit, ne bilis ipsius frenum auferatur. At verò venæ sectionem ob debilitatem sui recusanti ægroto potus phlebotomiæ loco exhibetur, qualem Avicennas in capite de curatione hujus febris præcepit. Vena jam secta, reliqui sanguinis corruptionem cavere operæpretium est: id commodè fiet syrupis concoctivis. ut;

℞. Syrupi intybi & violarum ana ℥j.  
 aquarum cichorei, & intybi, & buglossi  
 ana ℥j. de

de quibus accipiat ægrotus singulis diebus manè & vesperi. vel magistrale huiusmodi.

℞. *Intybi, scariolæ, cichorei ana m. ij.*

*quatuor seminum frigidorum ana ʒ ij.*

*santalorum rubeorum ʒ ss.*

*cum zucchero; fiat syrupus: accipianturque ex eo singulis diebus manè ʒ ij. cum aqua cichorei. Ad accidentia verò, quæ ex hac febre fiunt curanda, ut capitis vehementem dolorem, nimiam sitim, linguæ nigredinem, caufonides, & tertianæ simplicis curationem à nobis descriptam consulito, vel huiusmodi ad eam rem Juleb constituito.*

℞. *Syrupi acetositis citri, syrupi acetosæ, aquæ nenusaris, succi granatorum muzzorum, aquæ cucurbitæ, & nenusaris ana ʒ iiij.*

*fiat juleb: & aromatizetur cum ʒ j.*

*santalorum rubeorum, camphoræ ʒ iiij.*

*& immittatur in vase; ex quo ægrotus bibat. Confert etiam sacculus plenus semine citoniorum & psyllij: conferunt pilulæ sub lingua contentæ huiusmodi.*

℞. *Succi uræ acerbæ, succi acetosæ, succi lactucæ, & violarum; succi granatorum, acetii albi ana ʒ j.*

*coquantur lento igni, & addatur zuchari. candidi & albi ana quantum sufficiat; & fiant pilulæ, quæ teneantur sub lingua*

M

qua



gua ad refrigerandum, & sitim removen-  
dam. Alia etiam remedia ex capite de  
simplici tertiana petere licebit. utile  
tiam erit huiusmodi restaurativum.

℞. Santalorum alborum, & rubeorum, &  
quatuor seminum frigidorum majorum &  
minorum ana ℥ ij.

succi liquiritiæ ℥ ij. ℞.

gummi draganti, gummi Arabici, &  
aginidi ana ℥ j.

camphoræ ℞. xij.

conservæ nenusaris ℥ j. ℞.

zuchari albi quantum sufficiat. misce, fiat  
conditum auro coopertum. Ad curan-  
das etiam anxietates, epithemata, con-  
fectiones cordiales, aliaque remedia ex  
nostra tertianæ simplicis curatione tibi  
petenda sunt: aut huiusmodi cerotum  
regioni cordis imposito.

℞. Pulveris electuarij diamargaritonis frigi-  
di, confectionis alchermes ana ℥ j.

santalorum rubeorum, seminis citri man-  
dati, corallorum rubeorum, florum  
violarum, buglossæ, & nenusaris  
ana ℥ ij.

croci ℞. ℞.

nonnihil terebinthinæ & cere: malaxenter  
cum aqua rosarum, & vino albo: fiat cero-  
tum extensum super pannum granæ, &  
regioni cordis imponatur. Materiam  
jam concoctam, si evacuari oportere  
judi-

judicaveris, evacuato. Quoniam verò sanguis ex eo putrefit, quod ex bilis materia est, ob eam rem cum sanguinis mundificativis, bilis evacuativa miscenda sunt. ut:

℞. Rhabarbari electi infusi in aqua lactis caprarum ℥ j.

pilorum specie G. iiii.

diaprunis simplicis, & diacatholiconis ana ℥ v.

confectionis bamech ℥ ij.

dissolvatur in aqua lupulorum, & buglossæ, quantum sufficiat; & fiat potus, addendo syrapi violarum ℥ j. commodè etiam purgabis casia, & electuario de succo rosarum in potabili forma, vel in forma boli, hoc medicamento.

℞. Confectionis bamech ℥ ℞.

electuarij de succo rosarum ℥ ij.

incorporentur cum casia fistula extracta per setaceum; & fiant boli confecti cum zucchero, & desuper deaurentur.

Cùm sanguis ob suam adustionem putrefactus est, & subtilior fit, & concoctio est æquatæ substantiæ, licebit & hoc syrupo magistrali concoquere. ut:

℞. Iujubarum num. C.

que coquantur in 5. lib. aque, usque ad consumptionem tertie partis: quibus adde zuchari ℥ viij.

& fiat syrupus. vel sic:

M 2

℞. Car-

℞. Carnis pyri ℥j.

jujubarum num. xx.

granatorum musci ℥j.

fiat decoctio in lib. ij. aquæ, usque ad  
consumptionem tertiæ partis, & cum  
zucharo fiat syrupus.

Præterea si sanguis post venæ jam in-  
cisionem remanens, crassus esse judice-  
tur; id quod urina crassa, & somnolen-  
tia, deinde nimius corporis pruritus, &  
lassitudo arguit, concoctivis & attenuan-  
tibus uti oportuerit. ut;

℞. Syrupi acetosi scilicet, oxymellis. s.  
ana ℥ iij.

aquarum capillorum veneris, & intybi  
ana ℥ iij.

vel magistrale hoc :

℞. Aquæ cichorei, capillorum veneris, &  
intybi ana ℥ iij.

aceti ℥ j.

zuchari ℥ iij.

fiat syrupus aromatizatus cum pauco cin-  
namomo.

Sanguinem verò ab humore phleg-  
matico corruptum; medicamentis utri-  
que parti idoneis juvabis. Idem efficies  
commodis etiam remediis, cum sanguis  
à bili & melancholia vitiatus fuerit.

Purgata autem materia, residuum ca-  
liditatis. epithematis hepatis, renibus,  
& cordi accommodatis, curatur; &  
electua-



CURAN RATIONE. 269

electuariis ac confectiōibus, ac juleb  
interius exhibitis: de quibus in capite  
de cura tertianæ simplicis, & caufonũ  
egimus. Atque ita sanguineæ febris cu-  
ratio expeditur.

DE CURATIONE  
Febris phlegmaticæ.

CAP. VI.

**C**Alor & color ad albedinem ten-  
dens, rigor, ac frigus lentum, sine  
horripilatione, cum oris insipiditate,  
aut acredine exigua, vel nulla fitis, uri-  
na alba, neque crassa nimis, pulsus de-  
bilis parvus, rarus, & mollis cum diver-  
sitate, verum non multa, ob materiæ  
lenitatem, febrem quotidianam à pitui-  
ta dulci, insipida, vel acri provenien-  
tem indicant. Adjuvant præterea oppor-  
tunitates temporis, ut hyems: accessio-  
nis horæ, ut nox: ætatis, ut senectus:  
complexio, ut pituitosa; aut febricitan-  
di consuetudo, quia is plerumque phleg-  
matica febrī laborare solet. Curatio au-  
tem sic instituitur. Clyster in primis, si  
res id postulet, applicatur; & potio ali-  
qua, si ægrotus libenter accipiat.

Quoniã rigor vehemens nimiũ ægro-  
tum lædit, initio ipso calefacti panni linei  
extremitatibus ipsis frigidis adhibeantur:

M 3

vel

vel si id non satis est, laterem calidū pan-  
no involutum pedibus adhibere oportu-  
erit. Quòd si parum etiam hoc pro-  
fuerit, laterem calidum roremarino stra-  
tum, & vino inspersum, rubro panno  
lano obvolutum admoveto. Principio  
autem accessionis oblata nausea ultrò,  
sed non perfecta, propinato vomitivo  
communi adjuvatur, quo materiae com-  
munes evacuentur, non autem conjun-  
ctæ, ne corpus inflammetur. ut;

℞. Aquæ ℥ iiij.

mellis & zuchari ana ℥ j.

miscē tepidum, & applicetur. vel;

℞. Oxymellis scilicet ℥ iiij.

aque decoctionis raphani ℥ iiij.

miscē. namque hic vomitus, & accessio-  
nem, & morbum levat. Calore jam in-  
cipiente, fricationes in tempore fiant,  
ut materia citius attenuetur, calefactaque  
expellatur citius. Paroxismo autem tran-  
sacto, commodè enæma adhibetur. ut;

℞. Florum camomille, malvæ, bliti ana m j.  
sursuris pug. j.

fiat decoctio: ex qua accipe lib. j.

hieræ picræ Galen. ℥ ss.

casia fistulæ mundæ ℥ j.

salis communis ℥ j.

olei communis ℥ iiij.

fiat enæma. vel potionem sic parato.

℞. Casiæ fistulæ mundæ, & rhodomellis  
ana ℥ j. cinna-

CURAN. RATIONE 27F

cinnamomi ℞. iij.

aque buglossi ℞ iij.

fiat potio.

His expeditis, si urina crassior & rubicunda appareat, sanguinem minuto ex communi vena, si nimia est, plethoria: sin minus, ex basilica, usque ad ℞ vj. Minutione autem facta, si multitudo pituitæ appareat (quod raro accidit) hujusmodi minorativum constituito.

℞. Casie fissule mundæ, & rhodomellis ana ℞ j.

agarici ℞ j.

salis gemme ℞ ℥.

cum aqua feniculi & intybi fiat potus. vel;

℞. Turbith electi ℞ iij.

zingiberis ℞ ℥.

bulliant parum. & colentur cum expressione: qua colatura dissolvatur casie fissule, & rhodomellis. Hujusmodi minorativorum usus in principio commode adhibetur, nisi multa pituitæ copia appareat: deinde verò syrupi propinantur utiliter ad opportunam concoctionem; quales illi sunt.

℞. Rhodomellis, & syrupi acetosi ana ℞ j.

quibus adde aquarum feniculi, & inty-

bi ℞ j. ℥.

& mista exhibeto. vel;

℞. Oximellis simplicis ℞ i.

syrupi intybi ℞ ℥.

M 4

aqua-

pan-  
por-  
pro-  
stra-  
anno  
cipio  
trò,  
tivo  
om-  
jun-

fio-  
in-  
nt,  
que  
an-  
ut;  
m j.

llis  
ia-



*aquarum absinthij, & feniculi ana*  
*℥j. ℞. vel;*

℞. *Aquarum feniculi, intybi, & absinthij,*  
*ana ℥j.*

*syrupi acetosi, & absinthini syrupi ana ℥j.*  
 adde *cinnamomi* aliquantulum, & ex-  
 hibetur singulis diebus manè ad conco-  
 ctionem. Placet autem Avicennæ hujus-  
 modi ægrotis sic temperatas potiones  
 ex forti & tenui exhibere. id quod ille  
 singulis noctibus fieri præcipit; quarum  
 potionum illa exempla sunt.

℞. *Turbiti electi ℥j.*

*zinziberis ℞. iij.*

*aque feniculi ℥j. ℞.*

fiat potio: exhibeaturque noctu quoad  
 materia concocta esse judicetur; cum  
 jam virtus per quotidianam, expulsio-  
 nem minorativam potentior efficiatur.  
 Veruntamen hæc ratio paucis probatur,  
 vel ex ejusdem auctoris consilio, qui  
 corpus laxativis medicamentis assuefieri  
 non vult. deinde quod multi ægroti, ob  
 delicatam corporis constitutionem &  
 consuetudinem, singulis noctibus hu-  
 jusmodi laxativas potiones sumere recu-  
 sant. Consultius ergo fuerit harum vice  
 enæma quotidianum parare. ut;

℞. *Seminis anisi, florum camomillæ, florum*  
*violarum ana m. j.*  
*blivi man. ℞.*

fiat

CURAN. RATIONE, 273

fiat decoctio : in cuius lib. I.

solvito olei communis, & rhodomellis

ana ℥ i. ℞.

bieræ picræ Gal. electuarij diacartami

ana ℥ iij.

parabisque enæma. Commodè etiam  
magistrale potisma concoctionis causa  
paratur, hoc modo.

℞. Eupatorij, absinthij ana m. ij.

radicum feniculi, apij, glycyrrhizæ  
ana m. j.

passularum sine nucleis pug. ij.

rosarum rubearum, seminis ameos ana  
pug. ij.

Apoze-  
ma-

seminis intybi, & feniculi ana ℥ j.

coquito secundum artem in lib. xij. a-  
quæ, quoad tertia pars absumpta sit.

Deinde fortiter expressa colato :

cui colaturæ addes mellis despumati lib. I.

& zuchari rubei lib. ℞.

Ex hac potione singulis diebus bis, ma-  
nè & vesperi ℥ xij. tepidum exhibeto.  
Ubi autem concoctionis signa apparue-  
rint, eradicativum medicamentum pa-  
rabis. ut;

℞. Electuarij diacartami ℥ ℞.

castre fistulæ mundæ, & rhodomellis ana  
℥ j.

dissolvantur in aqua feniculi, & intybi  
quantum satis sit, & fiat potio. vel;

℞. Agarici ℥ ℞.

M 5

ele-

ana

℥ iij.

ex-

co-

nt-

nes

ille

rum

oad

cum

lfo-

atur.

tur,

qui

feri

, ob

n &

hu-

recu-

vice

orum

fiat



electuarij diacartami ℥ iij.

casie fistule munde ℥ j.

dissolvantur in decoctione communi quantum  
satis sit, & exhibeto. vel;

℞. Pulveris hieræ picræ Galeni ℥ j.

casie fistule munde, & mellis rosati  
ana ℥ j.

cum aqua buglossi fiat potio. vel;

℞. Electuarij diacartami in tabulis ℥ ℞.

vel ℥ vj.

massæ pilularum de agarico ℥ j.

cum aqua feniculi: conficiantur pilulæ  
quinquæ. vel;

℞. Massæ pilularum stomacalium ℥ j.

formentur pilulæ quinque. vel;

℞. Polypodij quercini contusi ℥ j.

florum buglossæ, borraginis & anisi ana  
℥ ℞.

passularum detractis nucleis ℥ j.

coquantur, & excolentur: & in cola-  
tura dissolve myrobalanorum ebulo-  
rum ℥ iij.

turbith ℥ j.

zinziberis ℥ viij.

casie fistule munde ℥ j.

& fiat potus.

Quod si post hujus medicamenti u-  
sum, neque materia; neque febris om-  
nino recesserit, perspiciat medicus an  
oppilatio aliqua ægroto etiam sit: quam  
hujusmodi remedio curabit.

℞.



R. Olei nardini ℥j.  
 olei absinthij, & mastichis ana ℥ss.  
 pulveris mastichis ℥j.  
 garyophyllorum, ligni aloes, gallæ mu-  
 scatæ ana ℥j.  
 coralli rubei corticum citri ana ℥ss.  
 cere quantum satis sit: fiat unguentum,  
 quo ventriculi regio ungetur, qua hora  
 febris remittit.

Materia autem imminuta, si is qui  
 quotidianam febrem patitur, siti etiam  
 laboraverit, vel quod ex putrida in ven-  
 triculo pituita fumi guttur & linguam  
 infestant, atque exsiccant, hujusmodi  
 condito juvabitur.

R. Conservæ buglossæ, rosarum, & ameos  
 ana ℥ss.  
 corticum citri conditi cum zucchero ℥iij.  
 pulveris diarhodonis Abbatis ℥j.  
 electuarij de gemmis ℥ss.  
 pulveris aromatici rosati ℥j.

cum zucchero fiat conditum auro obdu-  
 ctum; vel bibat ægrotus cum corticibus  
 citri zucchero conditi aquam coctam cum  
 fœniculo & petroselino. Est autem hu-  
 jusmodi materia lentior sanè, & quæ  
 difficile evellatur, cui applicato minora-  
 tivo, interim dum exhauritur, remedio  
 etiam sunt electuaria in tabellis cum a-  
 quis certis, vel syrupus aliquis apoze-  
 matis modo exhibitus, quæ concoquen-

di & confortandi vim habent. ut ;

℞. *Electuarij aromatici rosati descriptione*

*Gabrielis* ℥ j. ℞.

*aquæ absinthij* ℥ viij.

*vel aquæ absinthij & fœniculi ana* ℥ iiij.

*syrupi absinthij, & intybi ana* ℥ iiij.

*azari & bioscyami ana* ℥ j.

positum in ligatura, fiatque syrupus apozematus, ex quo per duos, aut tres dies ægrotus sumat. vel si libet, de trochiscis ex absinthio, & eupatorio. Licebit etiam consequentur uti medicamento ex forti & debili mixto per intervalla. ut;

Forte  
debile.

℞. *Cassie fssulæ per setaceum cribrum extractæ* ℥ j.

*diacartami* ℥ iiij.

*agarici* ℥ j.

*salis gemmæ* ℞. v.

*myrobalanorum ebulorum* ℥ iiij.

*rhodomellis* ℥ j.

misceto, & fiat confectio opiatae similis: vel, decernes illi ex pilulis jam descriptis quantum conveniat cum materiam abscindere volueris: atque hoc modo sanitas ægroti, Deo volente, parabitur. Quod si quotidiana febris à pituita crassa, mucilaginosa, vitrea, vel cruda efficiatur, victus ratio sive diæta, ad calefactionem & attenuationem inclinabit: eo quod pituita hæc frigidior, crassiorque

que sit. Igitur ubi accedens medicus ægrotum vehementer rigore correptum inveniet (vehemens namque frigus ex causæ vehementia & fortitudine procedit) apponet calidas vestes, & laterem calidum panno laneo cum roremarino, & vino irrorato; extremis corporis partibus admovebit, in quibus frigus maxime apparet: deinde ordine superius præscripto enæma decernet quale jam diximus, vel lenitivum medicamentum, ut docui, vel;

℞. Hyssopi man. j.

Callitrici man. ℥.

liquiritiæ, passularum ana ℥. ℥.

fiat decoctio: de qua ℥. iiij.

commode sunt, ut dissolvatur castæ fistule munde, oxymellis. s. ℥. j. ℥.

quam potionem exhibeto.

Ubi autem sic lenita materia fuerit, si videatur opportuna esse sanguinis missio, quod urina crassa, turbida, atque rubea appareat, secabis venam: deinde concoctionem molietis hoc modo.

℞. Oxymellis. s. & rhodomellis ana ℥. j.

aquarum fœniculi & absinthij ana ℥. j. ℥.

misce, & apparentibus signis concoctionis, exhibeto medicamentum aliquod ex iis quæ à nobis descripta jam sunt, quod magis placeat. His verò expeditis,



si ulteriorem concoctionem desiderabis,  
ejusmodi syrupo efficies :

R̄. Radicis asparagi, sœniculi, brusci ana ℥ ij.  
hyssopi, buglossæ, melissæ ana man. j.  
seminis anisi, & sœniculi ana ℥ j.  
ameos ℥ ℥,  
passularum ℥ vj.

fiat decoctio : in qua adde mellis despu-  
mati lib. i. & aceti optimi ℥ ij;

fiatque syrupus : de quo sumat singulis  
diebus manè ℥ ij. tantundemque vesp̄ri.  
deinde persequere curationem eo modo,  
quo in quotidiana febris ex pituita dulci,  
adhibitis stomacho unguentis vel saccu-  
lis. ut;

R̄. Floris majoranæ, camomillæ, meliloti  
ana ℥ iiij,  
rosarum rubearum ℥ ij.  
casie lignæ ℥ i.  
zinziberis, cinnamomi ana ℥ j.  
thuris, massichis ana ℥ ij.

Ex his conquassatis impleto sacculum  
pro stomacho. Utere etiam trochiscis  
confortantibus stomachum, atque syru-  
pis concoctivis, & medicamento forti-  
debili, ut antea præcepimus.

At verò si quotidiana febris ex pituita,  
melancholico humore per mixta oriatur,  
quod ex signis atræ bilis in capite de  
quartana à nobis indicandis facillè depre-  
hendetur; perspiciendum imprimis fue-  
rit,

rit, an atræ bilis permixtæ nimia copia sit: nam hoc modo medicamentis atræ bili curandæ idoneis proportionaliter uti oportuerit. Igitur ægioto hujusmodi affecto, enæma imprimis est subji-  
ciendum. ut;

℞. *Florum camomille, anisi, marathri ana m. ℥.*

*centauræ m j.*

fiat decoctio: in qua dissolvatur casie fistule mundæ ℥ j.

olei communis ℥ iij.

confectionis hieræ picræ Galeni ℥ iij.

fiat enæma. Deinde concoctionem opportunis syrupis moliri conveniet. ut;

℞. *Syrupi buglossæ ℥ j.*

*oximellis ℥ j. ℥.*

miscæ, & exhibeto cum aqua fœniculi & buglossæ ana ℥ j. ℥.

his absolutis, minorativum medicamentum prospicies. ut;

℞. *Confectionis diasenæ ℥ vij.*

*electuarij diacartami ℥ iij.*

dissolvantur in decoctione communi quantum satis sit, & fiat potio, quam exhibeto. Quod si hoc remedio virtus potentior supra residuum materiæ non reddatur, sed concoquentibus etiam medicamentis indigere adhuc visa sit, hoc modo curationem proseguere.

hoc

hoc modo curationem prosequere.

℞. Oxymellis diuretica, & rhodomellis  
ana ℥ i.

Syrupi buglossi ℥ ℥.

aquarum absinthij, & feniculi ana ℥ j ℥.  
vel illum etiam magistralem. ut;

℞. Scolopendræ man. j.

florum buglossæ, & borraginis, cuscute,  
absinthij ana m. j.

radicis asparagi, brusci, & petroselinii  
ana ℥ j. ℥.

liquiritiæ, & passularum ana ℥ j.

seminis anisi & feniculi ana ℥ iij.

polypodij, epithymi ana ℥ ℥.

coquantur omnia in lib. iij.

aque, usque ad consumptionem medietatis,  
additis deinde mellis lib. j.

zuchari ℥ iij.

aceti ℥ j. ℥.

fiat syrupus aromatizatus cum cinnamomo, & nuce muscata, de quo cum aqua absinthij vel feniculi, & buglossæ, vel petroselinii, vel radicum diureticarum, poteris ægrotto exhibere ad perfectam concoctionem. Uteris vero interea commodis enamatibus ad alvi exonerationem. Quod si ægrotus propter febris æstum fuerit, remedio erit conditum sive restaurativum accipere huiusmodi.

℞. Pulveris lætitiæ Galeni ℥ j.

pulveris diarrhœdonis Abbatis ℥ ij.

cons-



conservæ buglossæ ℥ j.

conservæ violarum ℥ iij.

zuchari ℥ iiij.

misceto, & fiat conditum auro obdu-  
ctum: de quo cum bibere volet, bina  
aut terna cochlearia sumat, bibatque a-  
quam decoctam cum fœniculo, & cin-  
namomi parte modica.

Si verò angoribus & afflictionibus  
afficiatur, ei symptomati, hujusmodi  
confectione medeberis.

℞. Confectionis de gemmis, letitiæ Galeni,  
& confectionis de musto dulci ana ℥ iij.  
misce, & cū syrupo jujubæ fiat confectio.

Vel pro pauperibus.

℞. Conservæ buglossæ contusæ ℥ j.  
limonate simplicis ℥ iij.  
aromatici rosati ℥ ij.

misce, & cum syrupo buglossæ fiat con-  
fectio: cujus accipiet æger cochleare u-  
num cum aqua buglossæ. Et si vomitus  
à natura incompletus fiat, eodem, ut  
superius dictum est, modo proceden-  
dum, materiæ deinde per syropos, ut de-  
cet, præparatæ eradicatio tentanda est  
hujusmodi medicamento.

℞. Pulpæ casie fistule ℥ j.

diacartami ℥ iij. ℞.

myrobalanorum Indorum ℥ ij. ℞.

dissolvantur in aqua buglossæ, & fiat  
Potus. vel;

℞. Tur-

℞. Turpeti ℥ j.

agarici ℥ j.

zingiberis ℥ ℥.

salis gemmæ spicæ ana C. vi.

bulliant parumper in ℥ iij.

decocti glycyrrhizæ passularum capit. vene-  
ris, thymi, epithymi, cuscute, poly-  
podii: fiat deinde colatura cum forti

expressione; cui adde casie fistulæ ℥ j.

rhodomellis ℥ j. ℞.

& fiat potus. vel;

℞. Specierum hieræ picæ Gal. j ℥. ℞.

casie fistulæ rhodomellis ana ℥ j.

miscæ, & cum aqua absinthii fiat potio.

Pilulis idem efficies hoc pacto.

℞. Pilularum de agarico ℥ ij.

pilularum Indarum ℥ j.

cum aqua stillatitia buglosæ fiant pilulæ  
septem. Si verò febris his adhibitis præ-  
sidiis non cessat, tunc subsequens confe-  
ctio magistralis, julebum, & electua-  
rium, quibus summo manè per interval-  
la utatur, utiliter præscribi poterunt.

℞. Diasenæ. s. ℥ j. ℞.

agarici ℥ ij.

diacartami ℥ j.

trochiscorum de absinthio ℥ ij.

casie fistulæ cum saccharo præparatæ ℥ ℥.  
miscæ, & fiat confectio.

℞. Aromatici rosati, specierum lætificantis

Galeni, trochiscorum de absinthio ana ℥ ij.

sac-

sacchari infusi in aqua absinthii quantum satis est, & fiat electuarium in tabellis.

℞. Aquæ absinthii, Aquæ radice petroselini ana ℥ iij.

aquæ scolopendrii ℥ vi.

aquæ sumariæ ℥ ij.

sacchari ℥ iiij.

aceti ℥ j. ℞.

miscæ, & fiat julebum: aromatiza nucem moschata & cinnamomo. Hoc Julebum cum tabulis triduo uti poterit, quarta die confectio jam descripta utatur.

Si verò æger lienis obstructione laboret ab humore adusto & melancholico, hujusmodi illi poteris unguentum ad movere.

℞. Olei è capparibus, irini ana ℥ j.

trochiscorum è capparibus ℥ ij.

aceti scillitici ℥ iij.

cere quantum satis est, ac fiat unguentum reliqua quæ ad hanc curationem attinent, quære in capite de quartana: & hæc satis sint de curatione febris, quæ à pituita fit humori melancholico admista.

Si verò quotidiana febris à falsa pituita oriatur, cui bilis admista sit, quod ex falsedine in ore cognoscitur, tunc, prout in tertiana notha dictum est, curationem aggredere cum clysteribus, & superius descripta potione, aut;

℞. Ca.

vene-  
poly-  
forti  
e ℥ j.

℞.

otio.

ilulæ  
præ-  
onfe-  
tua-  
rval-  
it.

℞.

antis  
℞ ij.  
fac-



℞. Capillorum ven. m. j.  
 lupulorum, florum borraginis, buglossæ,  
 cucurbitæ, ana quartam partem m. j.  
 passularum glycyrrhizæ ana ℥ iij.  
 fiat decoctio in aqua ad ℥ iij.  
 in quibus dissolvatur castæ fistulæ, &  
 rhodomellis ana ℥ j.

& fiat potio. quod si urina crassa rubea-  
 que appareat, quod sanguinis redundan-  
 tiam indicat: si æger plethoricus sit,  
 communis vena secanda est: si non ad eò  
 humorum plenitudine abundet, basilica  
 secabitur, atque syrupi concoquentes  
 præparantesque præscribentur, videlicet:

℞. Syrupi acetosi compositi de duabus radi-  
 cibus, de endivia ana ℥ j.  
 aquarum stillatiuarum endivie feniculi  
 ana ℥ j. ℞.

misc: quibus ut decet exhibitis, mate-  
 riam hoc medicamento minues.

℞. Diacartami ℥ iij.  
 rhabarbari ℥ j.  
 spicæ G. iij.  
 castæ fistulæ ℥ j.

misc, & cum aqua endivie fiat potio. vel;

℞. Lupulorum cuscute ana m. j.  
 florum borraginis, buglossæ, capillorum  
 veneris ana m. ℞.

passularum glycyrrhizæ ana ℥ iij.  
 decoquantur in aqua. vel;

℞. Colaturæ ana ℥ iij.

CURAN. RATIONE. 285

in quibus dissolvantur castæ fistule ℥vj.  
electuarij de succo rosarum ℥iiij.

& fiat potus. vel;

℞. Agarici ℥ij.

salis gemmæ spicæ ana G. vj.

insundantur in oxymelite scillitico. deinde  
fiat expressio fortis: cui adde castæ  
fistule ℥j.

zurpeti ℥ij.

zinziberis G. vij.

& cum prædicto decocto fiat potio.  
quod si æger fuerit delicatior, illi pilularum  
alephanginarum ℥j. tuto exhibebitur.  
His nisi febris eradicetur, tunc ad  
ea quæ valentius concoquant, accedendum.

℞. Syrupi byzantini acetosi s. ana ℥j.

aquarum stillatarum absinthij, fœniculi,  
endivie ana ℥j.

misc. vel fiat syrupus magistralis hoc  
pacto.

℞. Scariolæ, endivie, buglossæ, quinque  
radicum ana m. j.

radic. fœniculi apij ana ℥ij.

florum buglossæ, borraginis violarum  
ana ℥j.

quatuor sem. communium frigidorum ℥ss.

glycyrrhizæ passularum ana ℥ss.

anisi majoranæ ana ℥ij.

fiat decoctio secundum artem in ℞ iiij.  
aquæ ad tertias. deinde fiat colatura  
cum

cum forti expressione,

& addendo sacchari libram ℥.

& tantundem mellis despumati: fiat syrupus, quo utetur manè & vesperi cum jam dictis aquis. Vtilius parabitur subsequens apozema.

℞. Radicum feniculi, asparagi, apii, cichorii, endivie, eryngii, optime contusarum ana m. j. ℥.

passularum mundatarum optime contusarum p. iij.

glycyrrhizæ rasæ m. j.

bordei mundati & contusi p. ij.

anisi majoranæ, dauci cretici ana m. j.

flo. buglossæ, borraginis violarum ana ℥ ℥.

decoquantur in xij. libris aque ad tertias, fiat deinde fortis expressio & colatura.

Cui adde sacchari rubei & mellis communis despumati ana ℞ ℥.

& fiat apozema: de quo singulis diebus summo manè libram unam, & tantundem sub vesperum accipiet. si interim siti torqueretur, utatur subscripto condito.

℞. Specierum diamargariton, specierum diarhodon, ana ℥ j.

conservæ buglossæ, violarum borraginis ana ℥ ℥.

cum saccharo fiat conditum, auri bracteis

cteis  
script  
℞. T

spei  
misce  
fectio  
cum  
rit. S  
ctio  
descri  
clyste  
riam  
syrup  
descri  
bis:  
chun  
descri  
jam c  
decli  
est. &  
phleg  
Si  
parte  
verò  
rem  
mati  
facta  
adhu  
terni  
dem



CURAN. RATIONE. 287

ſteis tegatur. Si anguſtiis laboret, ſubſcripto electuario roborante utatur.

R̄. Theriacæ citri, conſervæ bugloſſæ contuſæ ana ℥ſſ.

ſpecierum diamargariton frigidi ℥j.

miſce, & cum ſyrupo bugloſſæ fiat conſectio, qua æger dum anguſtiis premitur, cum aqua bugloſſæ & endiviæ uti poterit. Si verò huic feбри ſtomachi obſtructio conjungatur, unguento ſuperius deſcripto illi occurre, nec obliſcaris clyſteres frequentes injicere, ut materiam continuò lenias. Humoribus jam ſyrupos ſatis præparatis, aliquo ex jam deſcriptis medicamentis purgare tentabis: poſt purgationem hepar & ſtomachum his quæ in capite de tertiana notha deſcripta ſunt, electuariis roborabis, & jam dictis conſectionibus uti, prout in declinatione aliarum februm dictum eſt. & hæc ſunt quæ ad febris, quæ ex phlegmate falſo fit, curationem attinent.

Si verò febris à pituita fiat, in qua partes exteriores calidæ ſint, internæ verò frigidæ, epialos appellatur. ſit autem propter diverſitatem partium phlegmatis; tenuiores ſiquidem partes putrefactæ calorem accendunt: craſſæ verò, adhuc putredinem non expertæ, in internis partibus corporis manentes eadem refrigerant. hujusmodi febris hæc ratio-

ſyru-  
cum  
ſubſc-

i, ci-  
ne con-

ntuſa-

n. j.  
n ana

ertias,  
atara.  
is com-

liebus  
ntun-  
terim  
con-

ierum

raginis

i bra-  
cteis

ratione curanda est. Primum illud animadvertendum est; quòd hæc febris sit ab humore crasso in internis corporis partibus detento; & quod stomachi habenda ratio est, qui à phlegmate, & crasso potissimum, multum læditur. statim itaque injiciendus est clyster ad communes materias educendas, vel potio hujusmodi exhibenda.

℞. Rhodomellis castæ fistulæ ana ℥ j. cum aqua fœniculi, fiat potio. qua exhibitata, præscribendi sunt syrups pituitam incidentes.

℞. Oxymelitis. s.

rhodomellis ana ℥ j.

aquarum fœniculi, buglossæ ana ℥ j. s. misce. Ut verò stomachum, qui in pituitosis febribus maximè laborat, robores, tali uti poteris.

℞. Rob. vivæ immaturæ ℥ iij.

oxymelitis. s. ℥ iij.

aquarum fœniculi, absinthii ana ℥ iij.

desecetur & aromatizetur modico cinnamomi. Hujus exhibendæ sunt ℥ ij. vel cochlearia septem cum duabus tabellis aromatici rosati ex descriptione Gabrielis. Interim enæmatibus aliquanto acrioribus utendum, videlicet:

℞. Centaurii majoris, chamæmeli, meliloti ana m. j.

medullæ cartami ℥ vj.

semi-

seminis anethi ℥ vij.

fiat decoctio in aqua, in qua dissolve

bieræ picræ Gal. ℥ j.

olei anethini ℥ iij.

& fiat enæma. vel;

℞. Summitatum fol. caulium rubeorum centaurij minoris, cucurbitæ, pulegij ana m j.

seminis anisi, sæniculi ana m. ℞.

agarici ℥ ij.

medullæ cartami ℥ vj.

miscantur, & fiat decoctio ad ℥ j.

in qua dissolve hieræ Galeni ℥ j.

olei anethini ℥ iij.

salis gemmæ ℥ j.

& fiat enæma. Aliud etiam enæma hoc pacto præscribere poteris.

℞. Gallum unum antiquum virgis diu flagellatum, & occisum, quem subscriptis rebus infarcis.

℞. Polypodij, turpeti ana ℥ iij.

stachadis, seminis anethi, meliloti, chamæmeli ana ℥ iij.

cinnamomi ℥ j.

bordei mundi ℥ iij.

his optimè permistis, infarciatur gallus: atque ita infarctus decoquatur in aqua,

quousque caro ab ossibus separatur.

℞. Ius ita paratum, vitellos ovorum tres, casie fistulæ ℥ j.

miscæ, & fiat enæma. Poteris interim quopiam

N

piam



piam auxilio vomitum illi provocare ex Avicennæ sententia.

℞. Phasolorum ℥ j.

seminis anethi, seminis raphani, calamin-  
the ana ℥ ℥.

commisceantur in ℥ j.

aquæ ad 3 as. colaturæ addantur oxyme-  
litis. s. ℥ ij.

& tepida exhibeatur. & si intra horam unam non evomuerit, penna oleo intincta gutturi indita vomitum provocabis: cum verò purgatione noxiam materiam purgare tibi visum fuerit, consule caput de febre quotidiana ex phlegmate vitreo & gypseo. vel facias hoc pacto.

℞. Polypodij quercini, folliculorum senæ, seminis anisi, fœniculi ana ℥ iiij.

bulliant in aqua, & fiat colatura: in qua dissolve castæ fistule rhodomellis ana ℥ j.

diacartami ℥ iiij. s.

& fiat potio: & stomachi præcipuè curam habeas illum roborando unguentis, emplastris, sacculis, de quibus abundè superius diximus. Si verò his adhibitis præsidiiis febris non cessat, prout in superioribus adnotavimus, ad confectio- nes, syrupos, apozemata, pilulas, & electuaria deveniendum; atque iis, quousque febris omnino recedat, utendum: eadem quæ in hac febre, sunt etiam in

in lipyria febre observanda; & materia peccante perspecta, syrupi illam præparantes sunt præscribendi, & jam dicta enãmata injicienda, & purgationes exhibendæ. Similiter si febris sit septimana, aut sextana, consideranda materia est, à qua fiunt; & pro varietate peccantis materiæ ejusdemque crassitie & tenuitate syrupi variandi sunt, & variandæ confectiones, & potiones. Si verò fuerit quotidiana continua, phlegmatis, à quo fit, ratio habenda est, crassum ne sit an tenue, & pro illius diversitate varianda sunt præsidia. & hæc sunt quæ ad curationem pertinent febris, quæ à falso, dulci, vitrè, & cujuscumque speciei phlegmate ortum habet.

## DE C U R A T I O N E

Febris quartanæ ab humore melancholico.

## CAP. VIII.

**S**I medicus ad ægrum accedens videat illum melancholicæ temperaturæ, coloris plumbei vel cinerei vel fusci, atque ejusdem membra gracilia fuerint & macilenta, qui in cibis, leporibus, & carne bubula, & antiquo casco usus fuerit, & multis leguminibus, & alimentis sanguinem adurentibus, copiosis aromati-

matibus, pipere, eruca, sinapi, & similibus, & qui ira & diurna tristitia laboraverit, à quibus corpus admodum exsiccari consuevit, aut in quo præcesserint febres compositæ, aut erraticæ, aut diurna tertiana, in quibus humorum tenuiores partes absumentur, crassiores verò relinquuntur, & febris à principio cum frigore invadat; illa verò progrediente cum rigore frigori conjuncto ex tenuioribus humoris melancholici partibus putrefactis, si paroxysmus horas 24. perduret, & duos intermittat dies, & quarto revertatur, ægrum quartana febrili laborare judicabit: in qua, quemadmodum & in aliis febribus, procedendum est, concoquenda est materia peccans, & purganda, cum sit ex genere putridarum. itaque à communium superfluitatum evacuatione exordiendum; & si alyus adstricta sit, tale injiciendum enæma.

℞. *Seminum anisi, feniculi ana pug. j.*

*foliorum malvarum man. j.*

*cartami ℥ ss.*

*bulliant in aqua ad ℥ j.*

*in qua dissolve mellis communis, & olei*

*ana ℥ iij.*

& fiat enæma. Poterunt communes materiæ tali potione educi.

℞. *Caste fistule, rhodomellis ana ℥ j.*

*dis-*



dissolvantur in decocto communi, & fiat potio. consequenter exhibendi sunt syrups concoquentes.

R̄. Oxymeluis. s.

Syrupi è buglossa ana ℥j.

aquarum buglossæ, endiviæ ana ℥j. S.  
quibus ad dies aliquot exhibitis, tali medicamento peccantes humores minues.

R̄. Diasenæ, castiæ fistulæ preparatæ cum saccharo ana ℥. S.

myrobalanorum Indorum ℥ij.

miscæ, & cum decocto communi fiat potio. Hac exhibitâ, si materia peccans adhuc contumax sit, & natura illam superare, & expellere non potest, ad concoquentia & purgantia validiora deveniendum, & symptomatibus, quæ huiusmodi febrem comitari consueverunt, occurrendum: inter hæc potissimum frigus est, à quo æger in paroxysmi principio maximè affligitur. in illius itaque principio ea sunt exterius applicanda, quæ superius capite de febrî phlegmatica simplici dicta sunt, lateres. s. roremarino cooperti, & vino rubeo aromatico aspersi manibus & pedibus applicandi, quousque frigus recedat. vel hoc pacto:

R̄. Rosmarini, thymi, ruæ, chamædryos, chamæpityos, gariophyllorum, nepetæ, marrubij, menthe, chamæmeli, foliorum lauri portiones ali-

N 3

quas.

quas. fiat decoctio in vino albo, & aqua communi, in qua fortiter bulliant immixti lateres, & calidi linteis revoluti extremitatibus applicentur. Aut in prædicto decocto madefiat spongia, & expressa dorso admoveatur. hæc enim ratione frigus quàm citissimè removebitur. Quod si hæc non satis sint, tunc uxorem, si juvenis illa sit, aut juvenulam aliam arctè æger amplexetur: est enim remedium optimum. vel illi spinam & dorsum inunge oleis, anethino, rutaceo, chamæmelino, absinthino, & costino: hujusmodi enim sunt, quæ partibus exterioribus applicare consuevimus. Interius verò, & potissimū signis concoctionis apparentibus, talia exhiberi poterunt.

℞. Theriacæ magnæ Gal. ℥ j.

aquæ fœniculi ℥ j. ℞

miscæ, & fiat potio exhibenda in principio paroxysmi. aliter:

℞. Succij apij depurati ℥ j.

mithridati ℥ j. ℞

miscæ, & fiat potio. aliter:

℞. Succij absinthij ℥ j.

caste lignæ ℥ j.

miscæ, & fiat potio. aliud:

℞. Vini in quo decocta sit agrimonie ℥ j.

theriacæ Galeni ℥ j. ℞

& fiat potio, hæc potio in paroxysmi principio exhibenda: spina verò & dorsum





aut sanguinis, & urina crassa sit, turbida & colorata; basilica sinistri brachij, aut salvatella manus sinistrae secari poterit. & validiora concoquentia praescribentur. ut;

℞. Syrupi de epithymo, oxymelitis diuretici ana ℥ ij.

aquarū feniculi, & majoranae ana ℥ j. §  
misce, vel;

℞. Syrupi byzantini acetosi simpl. ana ℥ j.

aquarum absinthij, & buglossae ana ℥ ij.  
vel paretur syrupus magistralis hoc pacto.

℞. Radicum apij, feniculi, granorum rusci, radicem asparagi, sambuci, fraxini, geniste, tamaricis ana m. j.

commisceantur, & aceto fortissimo temperentur horis 24. deinde adde utriusque cichorij, stachadis, utriusque calaminthae, eupatorij ana ℥ j.

scolopendrij m. §.

absinthij, menthae, endiviae, scariole, melissae ana ℥ ij.

quatuor seminum frigid. minorum, spicae celticae ana ℥ j. §.

mellis rosae. ℥ ij.

sacchari ℥ j.

& fiat syrupus, de quo ad humores concoquendos manè & vespere exhibebis cum cicerum rubeorum decocto concoctis humoribus purgatio hoc pacto praescribetur.

℞. Gly-

℞. Glycyrrhizæ rase ana ℥ ℥.  
 polypodij folliculorum senæ ana ℥ iij.  
 florum borraginis. stæchadis, lupulorum,  
 buglossæ ana ℥ ij.  
 passularum mundatarum P. s.  
 decoquantur in aqua ad ℥ iij. ℥.  
 quibus infundantur myrobalanorum Indo-  
 rum pulveris Epithymi ana ℥ ij. ℥.  
 fiat deinde fortis expressio, & colatu-  
 ra, cui addantur diasenæ, cassiæ fi-  
 stulæ ana ℥ ℥.

& fiat potio. Aliter.

℞. Myrobalanorum Indorum citrinorum  
 ana ℥ ij.

infundatur in ℥ ij. ℥. aque lactis ad ho-  
 ras 12. deinde calefiat, & fiat fortis  
 expressio, cui adde

cassie fistulæ dissol cum aqua buglossæ ℥ j.

Pulveris epithymi ℥ j.

zinziberis G. vj.

rhodomellis ℥ ℥.

misce, & fiat potio. Utiliter etiam exhi-  
 beri poterit ℥ j. pilularum Indarum  
 quæ à proprietate humorem melancho-  
 licum educunt. Aliter;

℞. Lapidis armeniæ loti ℥ j.

pulveris senæ ℥ j. ℥.

agarici ℥ ℥.

cassie fistulæ ℥ j.

misce, & cum aqua majoranæ fiat potio.

Aliter in pulveris forma;

N 5

℞.

℞. Pulveris sene, pulveris epithymi ana  
 ℥ ℥.  
 lapidis lazuli ℥ j. ℥.  
 zinziberis ℥ ℥.  
 cinnamomi ℥ j.  
 salis gemme G. iiij.  
 sacchari ℥ x.

misce, & fiat pulvis, cujus dosis est ℥ ℥  
 cum aqua sceniculi, & buglossæ, aut ab-  
 sinthij. Si verò humoribus per purgatio-  
 nes eductis adhuc febris perseveret, prout  
 in aliis dictum est, ad confectioes, sy-  
 rupos, apozemata, & electuaria deve-  
 niendum. ut;

℞. Syrupi byzantini ℥ viij.  
 syrupi de buglossa ℥ iiij.  
 aquarum quinque radicum tamaricis, &  
 majorane ana ℥ iiij.  
 cinnamomi: trochiscorum è capparibus  
 ana ℥ j.

his in linteo, ligatis, fiat syrupus in mo-  
 dum apozematis. confectio talis sit.

℞. Pulveris epithymi, sene ana ℥ ℥.  
 diasene ℥ j.  
 lapidis armeniati ℥ j. ℥.  
 cum syrupo de epithymo: fiat confectio.  
 Electuarium hoc pacto paretur.

℞. Specierum rosate novelle, trochiscorum  
 de capparibus ana ℥ j. ℥.  
 sacchari infusi in aqua buglossæ q. satis est;  
 misce & fiat electuarium in tabellis. Con-  
 fectio



fectio alia non aded ventrem solvens.

R̄. Trochiscorum de capparibus ℥ iij.

trochiscorum de absinthio ℥ j. ℞.

myrobalanorum Indorum ℥ iij.

conservæ buglossæ, diacori contusi ana

℥ ℞.

cum syrupo buglossæ, fiat confectio. Ali-  
ter hac ratione parari poterit.

R̄. Confectionis dialacæ ℥ ij.

ponantur in vase vitreo. his perpetuo so-  
licitus, ut alvus laxa sit, pro quo tali  
enæmate uti poteris.

R̄. Malvæ, bliti, florum chamæmeli ana m j.

surfuris p. j.

fiat decoctio, in qua dissolve sacchari

rubei ℥ iij.

benedictæ ℥ j.

olei communis ℥ iij.

mellis ℥ ij.

salis gemmæ G. x.

misce, & fiat enæma. & quia hujus fe-  
bris radix in splene sita est, ut plurimum  
illi splenis obstructio conjungitur. sunt  
itaque spleni præsidia admovenda, &  
primo unguento hujusmodi uti poteris.

R̄. Olei è tamarice, è capparibus irini ana

℥ ℞.

aceti modicum cera q. s.

fiat unguentum. Vel;

R̄. Olei è capparibus irini ana ℥ j.

aceti scillitici ℥ ℞.

*trochiscorum è capparibus* ℥ ij.  
*pinguedinis anatine, pingued. galline*  
*ana* ℥ iiij.

*cere q. s. est,*

& fiat unguentum. Utile etiam erit fo-  
 mentum, tale.

℞. *Corticum radicum capparum, corticum*  
*radicis tamaricis, petroselini, mentastri,*  
*seminum rutæ ana* ℥ iiij.

*salis nitri* ℥ ij.

*caricas nigras num. x.*

*florum chamæmeli, meliloti, seminum*  
*anisi, sœniculi ana m. ℥.*

commisceantur, & bulliant omnia in  
 partibus duabus aquæ, & una aceti acer-  
 rimi; & cum spongia foveatur locus af-  
 fectus. In eundem usum parabitur em-  
 plastrum tale.

℞. *Vriusque emplastri diachylon ana quod*  
*satis est, pulveris radicum ireos* ℥ j.

*malaxentur cum oleo capparum, & ta-*  
*maricis: misce & fiat emplastrum, quod*  
 extendatur super alutam ad formam  
 splenis. Ad idem unguentum.

℞. *Foliorum malvæ bismalvæ. radicum*  
*lilij ana* ℥ j.

*farinæ seminis lini* ℥ iiij.

*caricarum pinguum passularum munda-*  
*tarum ana* ℥ iiij.

contundantur omnia simul, & infun-  
 dantur in aceto acerrimo per horas octo;  
 deinde

CURAN. RATIONE. 301

deinde bulliant in aqua ad spissitudinem usque: deinde adde unguenti dialthæe, olei amygdalarum dulcium ana ℥j.

cerae quod satis est, & fiat unguentum. Vel;

℞. Ammoniaci bdellij ana ℥j.

insundantur per noctem in aceto, & dissolvantur: & accipe picis navalis, corticum radices ireos, opopanacis, seminum sinapi, foliorum & radices scolopendrij ana ℥℥.

mucilaginis seminum lini ℥vi.

olei de capparibus irini ana ℥j. ℥.

cerae quod satis est, misce; & fiat unguentum Vel. paretur hujusmodi sacculus ad splenis flatus dissolvendos.

℞. Foliorum ruta, mentastri, calaminthæ, eupatorij, absinthij, parietariæ, scolopendrij, betonicæ ana m. ℥.

calescant super calidam tegulam, & aspergantur vino albo, & modico aceti, & fiat sacculus, qui calidus spleni est admoventus. quod si & in stomacho per splenis consensum flatus generentur, fiat talis sacculus.

℞. Milij, panici, sursuris frumentacei, salis modicè triti ana p. j.

misce, & calescant in vase æneo continè illa movendo. ex his demum calidis factus sacculus stomacho & spleni applicandus.



candus, discutit enim flatus stomachi & splenis. & quoniam multoties obstructione ablata flatus in stomacho & splene remanere consueverunt, sequenti utaris sacculo.

℞. *Seminum anisi, carui, fœniculi, florum buglossæ ana* ℥ i. ℥.

*radicum ireos* ℥ iij.

*florum chamæmeli meliloti, stœchadis citrine & Arabicæ ana* ℥ iij.

*corticum citri siccorum* ℥ iij. ℥.

commisceantur, & ex illis fiat sacculus spleni applicandus. Poteris similiter post cibum subscripti pulveris aliquid exhibere ad vim concoctricem roborandam, & flatus discutiendos.

℞. *Cinnamomi* ℥ ℥.

*seminum anisi, fœniculi ana* ℥ ℥.

*glycyrrhizæ* ℥ iij.

*flo. buglossæ* ℥ j.

*zingiberis* ℥ j.

fiat pulvis tenuissimus, cui adde sacchari tantundem, atque illo utaris post cibum.

Quia verò ægritudo chronica est, & ægri cum multis medicamentis assumptis non curati medicis fidem adhibere & obtemperare diutius nolunt, tunc æger naturæ relinquendus est, & per intervalla à medicamentis abstinendum, & alia præsidiorum genera tentanda sunt. Verbi gratia, injiciendus illi timor est,

nar-

narrando rumorem esse, illum furtum commisisse maximum, & pro illo ad suspendium quæri, aut aliud simile, ut quod aliquis illum capere quærit, & ad fugam est concitandus. Possset etiam timor illi incuti, si ruina domus illi nunciatur, aut in fluvium divolvatur, ut madescat: multi enim hac ratione curati sunt. Cogimur autem nos, cum alia præsidia non profunt, ad hujusmodi devenire. Locusta collo appensa à proprietate quartanam curare dicitur: quod non ratione, sed experimento tantum est comprobatum. Aliquando fit quartana febris cum mistione sanguinis, tunc admiscenda sunt, quæ sanguinem coquere, & puriorem reddere possunt.

℞. Syrupi de endivia, de buglossa ana ℥j.  
 aquarum cichorij, buglossæ ana ℥j. ℞.  
 post ebibitos syropos hujusmodi erit adhibenda purgatio.

℞. Diacatholici ℥j.  
 diarsenæ ℥iij.

electuarij de succo rosarum ℥ij.

dissolvantur in aqua lupulorum, & fiat potio. Si verò humori melancholico cholera admista sit, tunc ijs quæ melancholicum humorem concoquunt, & purgant choleram, concoquentia & purgantia in debita proportione sunt admiscenda. Concoquentibus his uti poteris.

℞. Sy-

℞. Syrupi violacei è buglossa ana ℥j.  
 aquarum scolopendrij, lupulorum sumari-  
 e ana ℥j.

purgatio poterit per hæc fieri.

℞. Confectionis hamech ℥iij.

castie fistule ℥j.

cum aqua scabiosæ, & buglossæ: fiat potio,  
 eadem proportione, ut siti, & alijs sym-  
 ptomatibus occurras, procedendum est,  
 & præsidia quæ in hoc capite exposita  
 sunt, his quæ in capite de curatione ter-  
 tianæ simplicis præposuimus, sunt ad-  
 miscenda. Si verò humori melancholico  
 admistum sit phlegma, talibus conco-  
 quentibus uti poteris.

℞. Rhodomellis syrupi de buglossa ana ℥j.  
 aquarum buglossæ, & feniculi ana ℥j.

Vel;

℞. Syrupi acetosi simplicis, oxymelitis sim-  
 plicis ana ℥j.

aquarum absinthij, scabiosæ, sumari-  
 e ana ℥j.

miscæ eadem ratione commisceri pote-  
 runt confectiones, opiata, electuaria  
 apozemata, utriusque humoris ratione  
 habita. Ex his patet, qua ratione quar-  
 tana febris curari possit, siue simplex sit,  
 siue composita. Pariter curari poterit  
 quartana continua: aut enim fient ab  
 humore simplici, aut composito: si à  
 simplici fiat, his quæ humorem melan-  
 cho-

cho  
 fun  
 bus  
 mel  
 dus  
 eva  
 & i  
 dar  
 & f  
 tan  
 qua  
 tius  
 di r  
 just  
 tur  
 æg  
 ma  
 dia  
 me  
 Hi  
 sce  
 us  
 opti  
 qui  
 alij  
 cun  
 vir  
 Est  
 cuj  
 tur  
 die



CURAN. RATIONE. 305

cholicum concoquere & evacuare possunt, insistendum: si verò ab humoribus permittis oriatur, tunc humor qui melancholiæ conjungitur considerandus, & pro illius natura concoquentia & evacuante sunt injungenda, ut docuimus & ita absoluta est curatio febrium putridarum. Et si sint febres aliquæ quintanæ & sextanæ, ut Nicolus dicit, sunt quartanæ quinta vel sexta die repetentes: quare materia quæ morbum facit, potius indicat melancholiam, quia est tardi motus, quamvis fieri potest, ut hujusmodi febres ab alijs humoribus oriatur. Sunt tamen signa consideranda, ut ægrotudines dignoscantur, & pro ratione materiæ peccantis sunt applicanda præsidia. Hæc quidem præsidia sunt, quibus medici prudentes uti consueverunt; illis Hispani medici neque uti, neque ea discere volunt. Vno præsidij genere sæpius usus sum, quod tale est, ut pro illo omnes Deo optimo maximo gratias reddere debeamus, qui talem vim huic medicamento, prout & alijs multis, concesserit. est autem tale, ut cum primum quis illo uti cœperit, statim illius vires, commodum & utilitatem percipiat. Est autem hoc medicamentum salsa parilia; cujus decoctum eo quo dicimus modo paratum, ebibitum quartanas brevi curat. Paucis diebus etiã cujuscunque speciei hydropem sanat,

nat, adeò ut illam magno miraculo Deus creasse videatur, & ejusdem usum nobis ostendat, ad hujusmodi & alias plurimas ægritudines propulsandas, cum tam brevi illas curet; nec insuavis adeò sit, ut quispiam abhorreat. Modus autem in quartanis curandis observandus talis erit. Præmittendæ sunt evacuationes aliqua, prout hoc eodem capite declaravimus. Evacuatio-  
ne facta, atque eadem, si oporteat ite-  
rata, decoctum falsæ pariliæ eo, quem hic tradimus, modo paratum, in pran-  
dio & cœna loco aquæ, aut vini pro-  
potu est exhibendum; neque sudores  
provocandi sunt, aut alia adhibenda  
diligentia, nisi aliqua huic febrî aptæ  
evacuaciones factæ fuerint. ab his cura-  
tionem auspicaberis. Primo quinque  
diebus summo manè hujusmodi syrupus  
exhibendus.

℞. Oxymelitis. s.

Syrupi de buglosa ana ℥j.

aquarum buglosæ, endiviæ ana ℥j. ℞.  
quibus absolutis, peccantes humores tali  
medicamentò minuendi.

℞. Diasenæ, electuarij Indi ana ℥℥.

myrobalanorum Indorum ℥ij.

miscæ, & cum decocto communi fiat po-  
tio: deinde ad ea quæ validius conco-  
quunt & evacuant, deveniendum, vide-  
licet;

℞. Ra-

R̄. Radicum apij, feniculi, cichorii, eryngij,  
 contusarum ana ℥ ij.  
 polypodij quercini optimè contusi ℥ iij.  
 foliculorum senæ ℥ j.  
 scolopendrij, dauci cretici ana m. j.  
 thymi, epithymi ana p. i.  
 decoquantur in aqua ℥ xij.  
 & aceti ℥ j. ꝑ. ad ℥ x.  
 fiat deinde colatura cum forti expres-  
 sione; cui adde sacchari rubei ℥ viij.  
 rhodomellis ℥ iij.  
 mellis communis despumati ℥ v.

miscē, & fiat apozema, è quo æger sin-  
 gulis diebus summo manè ebibat xij. ℥  
 & totidem vespere. Aliter etiam pote-  
 rit parari apozema hoc pacto.

R̄. Florum borraginis P. vj.  
 epithymi P. ꝑ.  
 polypodij ℥ iij.  
 senæ P. iij.  
 myrobalanorum Indorum ℥ ij.  
 ligni sancti ℥ j.  
 terantur optimè, & decoquantur in ℥ xij.  
 aquæ ad quartæ partis consumptionem:  
 deinde fiat colatura cum forti  
 expressione, cui adde mellis commu-  
 nis ℥ j. ꝑ.  
 sacchari ℥ iij.  
 conservæ, borraginis, stœchadis ana ℥ ij.  
 & fiat apozema. Concoctos humores  
 tali medicamento purgabis.

R̄.

Deus  
 nobis  
 is æ-  
 illas  
 ab-  
 cu-  
 ten-  
 hoc  
 itio-  
 ite-  
 nem  
 ran-  
 pro  
 ores  
 nda  
 ptæ  
 ura-  
 que  
 pus  
  
 ꝑ.  
 tali  
  
 po-  
 co-  
 de-  
  
 Ra-



*Rx. Masse pilularum Indarum aggregativa-  
rum ana ℥ ℥.*

*Dacridii ℥. ij.*

miscæ, & fiant pilulæ v. absolutis eva-  
cuationibus, falsæ pariliæ decoctum hoc  
pacto parabitur.

*Rx. Salsæ pariliæ ℥ iiij.*

contusæ in mortario, & minutissimè  
incisæ, & decoquantur in aquæ ℥  
xvj. cum senæ ℥ ℥.

fiat autem decoctio lento igne, quous-  
que absumentur libræ iiij.

tunc illi adde epithymi ℥ ℥.

*hermodactylorum electorum & contuso-  
rum ℥ ij.*

qui prius cum modico parati decocti  
dissolvantur, & parumper insuper bul-  
liant; deinde amoveantur ab igne; vas  
optimè claudatur, quousque decoctum  
frigeat: fiat colatura, qua utatur pro  
potu in prandio & cœna, quantum ægro  
satis est. Facta prioris decocti colatura,  
aqua his quæ supersunt facibus in eo-  
dem vase affundenda, & fiat altera deco-  
ctio ad consumptionem ℥ j. alterum  
hoc decoctum servandum est, ut in illo  
quæ secundo coquenda erit salsa parilia  
decoqui possit, cum sena epithymo, &  
hermodactylis, ut jam diximus. erit au-  
tem illi tantum aquæ superaddendum,  
ut mensura prius à nobis constituta ℥  
ex-

expleatur. Hujusmodi verò decoctum  
 ad vigesimum diem usque bibendum  
 erit: hoc enim temporis spatio quartana  
 curat, & in diebus x. hydropem. Interim  
 necesse est, ut recta & accurata  
 victus ratione æger utatur, comedat  
 carnes boni succi, ut vervecinas, & gal-  
 linarum elixas; à jure tamen carni-  
 um absteineat. Carnibus tantum vescatur &  
 modico pane. Hædorum etiam carnes,  
 & montanarum avium, his conveniunt:  
 in cœna à carnibus absteineat: & passulis  
 vel amygdalis cum modico pane vesca-  
 tur, & ex parato decocto bibat, ut di-  
 ximus. Illud animadvertendum est,  
 quòd si quartana matutinis horis invase-  
 rit, ut æger cibum, & potum usque in  
 vesperum differat, & febris declinatio  
 expectanda; si vespere febris invadat,  
 tunc sex vel octo horis ante illius princi-  
 pium æger cibandus erit.

Medici omnes, qui hucusque de tabe  
 scripserunt, curari illam non posse affir-  
 mant. quòd autem, aut nullo modo, aut  
 difficillimè curari possit, ex eo fieri af-  
 firmant, quia tabes fit ex acris & eroden-  
 tis humoris in pulmonem defluxu, ex  
 quo ulcera in pulmone fiunt: quæ qui-  
 dem curari non possunt, quia pulmo  
 propter respirationem in perpetuo motu  
 est; ulcera vero si sanari debeant, quie-  
 tem

tem requirunt. neque quæ hucusquæ scripta sunt præsidia, profuisse visa unquam sunt, neque medicus qui tabem curet, adhuc est inventus, cum multos in pectore & dorso vulneratos curaverim, quibus omnino transfossus fuerat pulmo. qui omnes meis remediis sanati sunt, neque ullus, quod Dei bonitati adscribo, unquam periit. conjectura quadam ductus argumentabar. Si hi, quibus maximâ sunt in pulmone vulnera, & pulmo omnino transfossus est, & propter illius motum perpetuum tam copiosè sanguis effluit, his remediis, Deo iuvante, sanantur omnes: quare & tabidi non sanabuntur, quorum ulcera in pulmone tam parva sunt? cum hæc animo revolverem, atque illos sanari posse judicaret, in uno curationem sum expertus, qui ita convaluit, & sanus evasit, ut nullus unquam melius: & tabidi febre continua laborantes, hoc remedio convalescunt, pingues fiunt, & boni habitus, & bene colorati, ut nihil supersit expetendum. Modus curationis talis est: Primo præcedente humorum præparatione purgandi sunt, & tribus diebus illis exhibendus huiusmodi syrupus.

*R̄. Syrupi rosati, syrupi è capillis veneris  
ana  $\frac{z}{j}$ .*

*aque*



CURAN. RATIONE. 311

aque scabiosæ ℥ iij.

quarta die has pilulas devorent.

℞. pilularum aggregativarum de agarico  
ana ℥ ℥.

acuuntur & formentur pilulæ v. sequenti  
die subscriptum apozema capere inci-  
pient, quod die purgationis parandum  
est, & coquendum; & in eodem vase  
omnia relinquenda sunt usque in diem  
sequentem, nam tunc summo manè co-  
latura cum forti expressione facienda est,  
& præparatio absolvenda.

F I N I S.



quæ  
un-  
bem  
iltos  
ave-  
erat  
nati  
itati  
tura  
hi,  
lne-  
, &  
co-  
Deo  
e ta-  
ra in  
ani-  
osse  
ex-  
eva-  
bidi  
dio  
ha-  
erfit  
est:  
ara-  
bus  
eris  
que

Bl. 10 v. 10

Faint, mostly illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Arcan's

106  
—————  
107





